



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvs De Conscientia, De Peccatis, De Legibvs, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Dispvtatio II. De externo effectu charitatis, qui est eleemosyna

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](#)

At ita potest esse debita amicitia, & gratitudo ob singulata beneficia, ut vincat pietatem, quae attentis circumstantiis videtur in debita. Quod vero non teneatis amicum, & benefactorem præponere supradictis consanguineis probo, quia etsi consanguineus ob mala opera in te facta aliquid de iure sibi debito amiserit, remittere illis possum, & ius illesum, & integrum, quod à natura habent, conferuare.

11 Quid si fratrem comparas cum amico, & benefactore. Affirmat Lorca 2.2.q.26.art.9.n.4. raro fore peccatum mortale amico, & benefactori postponere, iuxta illud Proverb.18. Vit amabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater. Dicendum tamen est semper esse pescatum mortale in extrema necessitate præferre amicum, & benefactorem fratris, nisi in calo superius dicto, cum frater iura fraternitatis violaret, vel amicus esset insignissimus benefactor, quia coniuncti fraternitatis est, nimis fricta, quan derogari non decet ob quæcumque signa amicitiae, & benevolentiae. Addit, ad exagrandam alieuius amicitiam viim comparatione frateram dilectionis, & affirmamus illos amare, ac si fratres essent. Ergo fratres amici per se sunt necessarii præferendi. Neque obstat locus Proverb. ibi enim tantum significatur societas amici nos magis delectari, quam cuiuslibet consanguineis vel significatur interdum amicum esse nobis fideliorem, & viiorem fratre. Ex quo tamen non sequitur esse in necessitate præferendum.

12 Hinc inferitur, quid dicendum sit de patre, vxore, filio, & fratre comparatis cum creditore?

Respondeo hos in extrema necessitate existentes creditori esse præferendos, quia cessat obligatio solvendi debitum, cum hos habes extremè indigentes. Ita Torres disp.82.dub.9.ad fin. Bonac. disp.3.q.4.punct.4.n.3. Lessius l.2.c.16.n.14. Coninch. disp.25.dub.9.n.168. Et 169. In eo si graui necessitate laborant, non videtur improbabile hos creditori simili necessitate laboranti poti præferri, quia tui necessitas gravis & teat per restorationem debiti antea contrahisti, defendit Lessius lib.2.cap.16.dub.1.n.20. Ergo etiam necessitas horum, qui ita tibi coniuncti sunt, reputare enim potes propriam eorum necessitatem.

13 Terti dubitatur comparando coniunctos in eodem ordine, quos debetas præferre, cum omnibus occurrere non possis; Communis est sententia in coniunctione naturali patrem omnibus esse præferendum, secundò mo. rem, tertio vxorem, quartò filios, quia illo ordine sunt tibi coniunctiores. sic Coninch. disp.25.de charitate, dub.9.num.149. Bonacina disp.3.q.4.punct.5. numer.2. Suarez disp.9.set.4.à num.5. Valent.2.2.disp.3.q.4.punct.5. post medium. Sed aliqui Doctores hunc ordinem inveniunt. Affirmant namque matrem patri esse præferendam, tum quia magis amat filium, tum quia in eius educatione plus labarat.

Sed absoluè retinenda est communis sententia; neque enim haec rationes præponderant ei, quam pater pro se haberet, scilicet esse filii principium; ob cuius causa tenetur arctius, quam mater filio prouidere, & illius curam gerere. Alij affirmant vxorem parentibus esse præferendam, iuxta illud Genes. 2. Quoniam relinquit homo patrem suum, & matrem, & adherebit vxori sua, & Matth.19. Iam non sunt duos una caro. Sed quilibet se ipsum præferre debet parenti. Ergo etiam vxorem præferre debet. Ceterum haec non coniunctum, quia haec solum probant quod elecione status vxorem esse præferendam, & quod ea, quae ad gubernationem domus pertinent, non tamen quod extremam necessitatem. Alij deinde preponunt filios, tum parentibus, tum vxori parentibus præponunt, quia amor filiorum est antiquior, & cura illis prouidens arctior est in parte, quam in filio respectu parentis, iuxta illud 2.ad Corinth.12. Nec enim debet filii parentibus sis aueritate, sed parentes filia. Vxori autem præponunt ob eandem rationem, & quia vxor assūmunt proprii filios gignendos, sic Valent. 2.2. disp.3.q.4.punct.5. verba decima sequitur. At credo parentes semper esse præferendos filii in calo necessitatis, tum quia beneficium à patre acceptum, est omnium maximum, siquidem ex illo habes esse. Ergo huc Deus omnibus præferendos est, quia tibi concutit esse, ita suo modo tuus pater omnibus præferri debet, tum quia occiso patris, aut illius maleficio grauius peccatum est, quam occisio, & maledictio filii, ut constat Exod.12. & Leui.20. Ergo auxilium pro conservanda illorum vita magis est debitum. Tator tamen appetitum saepe inclinare magis ad amorem filiorum, quam parentum, cùque de causa facilis patrem amare filium, quam econtra: non tamen inde inferitur patrem non esse præferendum, cum charitas, & inclinatio rationalis nature ad patrem potius, quam ad filium propendeat. Neque obstat locus Pauli ad Corin.12. quia solum probat extra necessitatem filios, præcipue non emancipatos esse parentibus præferendos, quia filii sub cura, & prouidentis parentum existentibus teneret pater, tum in temporalibus, tum in spiritualibus prouidere, & inuigilate pro maiore illorum profectu. Addit, neque etiam extra necessitatem in temporalibus teneret filius, etsi possit prius aliis filiis prouidere, quam parenti, quia prouidendo parenti, prouidet & sibi, cum bona parentis iure hereditatis ad ipsum deueniant, & nemo tenetur alii cum iactura proprietatum bonorum extra necessitatem occurrente. sic Coninch. disp.25.dub.6. 2.14.

De uxore non est ita certum, an debeat filiis præfert? Credo probabilius eum Suarez, Bonacina, Coninch. & alii esse præferendam, tum quia est principium filiorum, tum quia est tibi intimo vinculo coniuncta. Neque solum proprii filios assumunt, sed ad vitam solitum. Copula autem est, quæ propter filios gigantibus, vel sedandas tentationes allunenda tantum est.

14 Adverte tamen inter hos consanguineos ita strictè iunctos non esse mortale, affigatum ordinem invertere; quia excessus coniunctionis non est ita grauis, & quia non est satis conatus, qui exceedant. sic Bonac. disp.3.q.4.punct.5.n.2. Suarez. disp.9.set.4.n.8. Secundò aduerto supradictum ordinem seruandum esse, ceteris paribus. Nam si pater sit crudelis, & mater benefica, sine dubio mater præferenda est, quia ultra vinculum coniunctionis naturalis addidit benevolentia & vineulum. sic D. Thom. q.26.art.10. Reginald.lib.4.n.11. Bonac. disp.3.q.4.punct.5.n.2.

15 Quod dictum est de his consanguineis, dicendum est de reliquis, illos esse alios præfendos, ceteris paribus, qui sibi magis coniuncti sunt; & proportione feruata, dicendum est de tibi coniuncti sp. i. tituli patrem, inquam, spiritualium præfendrum esse filio spirituali, & hunc fratibus spiritualibus. sic Bonacina supra num.4. At si filius spiritualis non tantum si filius in laeta significazione, qualis est tua industria ad fidem conuersus, sed etiam strictè, videlicet quia sub tua cura est, quia illius es pastor, censeo eius bonum patri spirituali præferendum esse, quia pater spiritualis non est tibi commendatus, sed potius tuus p. d. dubitum præferre cuilibet alij, qui tibi naturaliter non est coniunctus.

16 Duplex restat comparatio. Prima benefactoris cum beneficiario, qui debet præferri?

Respondeo benefactorum ex hoc titulo semper præsenti debet resqua beneficium acceptum obligat recipientem, ut gratum lo benefactori ostendat. At beneficium datum non obligat ad villam gratitudinem. Cum hoc tamen stat, beneficium se p. ardenter diligat a benefactore, ut recte probat D. Thomas 2.2. q.26. art.12. Valent. disp.3.q.4.punct.5. in fine, verba decima sequitur Suarez. disp.9.set.4.n.9.

Secunda comparatio est peccatoris cum iusto, fidelis cum infidelis. Et respondeo ceteris paribus fidelem, & iustum peccator, & ipse fidelis esse præferendum, sicut & magis iustum minus iusto, quia in isto genere coniunctionis arctius sibi iunguntur, & videtur constare ex illo ad Galat. 6. Dum tempus habemus operem bonum, ad omnes, maxime ad domesticos fidei, sic ex communione tradit. Coninch. disp.25.dub.9.num.142. Ceterum credo te posse, (etsi non tenearis) peccatorum in extrema necessitate temporali laborantem præferre homini iusto: quia in peccatore est periculum aeternæ condemnationis; quod non adest in iusto. Deinde quia in peccatore videatur simile cum corporali necessitatibus adesse spirituali. sic Bonac. disp.3.q.4.punct.5.n.5. fine.

## DISPUTATIO II.

De externo effectu charitatis, qui est eleemosyna.

**V** ARII enumerantur effectus charitatis, alij interni, alij externi. Interni sunt complacientia, desiderium, gaudium, in bono Dei, & proximi, misericordia in proximum, que consistit in compassione alienæ miseriae, de quibus effectus nihil speciale notandum occurrit, videatur D. Thom. 2.2. q.27.28.29. Et 30. vbi eos optimè explicatur. Alij sunt effectus externi charitatis, in quibus explicantur DD. sermones protendunt. Primum est generalis, qui est beneficentia, quæ, ut ait D. Thom. q.31. communiter receptus, consistit in faciendo alicui bene: at quia dupliciter proximo facere bene potest, corporaliter, inquam, & spiritualiter, iteo beneficentia dividitur in corporalem, & spiritualem. Corporalis beneficentia arogat sibi nomen eleemosynæ, spiritualis beneficentia vocatur corripio; & iuxta hanc divisionem disputatio erit de eleemosynæ, sequens de correptione.

## PVNCTVM I.

Quid sit eleemosyna, & quotplex.

1. Expenditio definitio eleemosyna, & qua virtute procedat.  
2. Duplex est beneficentia, corporalis, & spiritualis, & virague explicatur.

1. Eleemosyna est alienæ miseriae sublevatio. sic diuus Thom. 2.2. q.31. art. 1. & cum eo omnes Doctores. Hoc sublevatio si procedat ex voluntate præcisè, quia tibi aliena miseria diligenter, sámque remouere intendis, erit actus exterior virtutis moralis.

- moralis charitatis, scilicet misericordia. Si autem procedit ex voluntate placendi Deo et placeat enim ipsi, ut proximus ab ipso creatus beneficas, coramque misericordiam sublieveat, erit actus charitatis theologica. Poterit aliquando misericordia pauperis sublieveat ex affectu aliarum virtutum, verbi gratia ex affectu satisfaciendi Deo, & tunc erit dectus imperatus a virtute penitentiae; vel ex affectu recognoscendi Deum, ut tui superiore, omniumque dominum: & tunc erit actus imperatus a virtute religionis. Semper tamen externa sublieveatio misericordiae procedit immediatè a virtute misericordiae, vel charitatis, quia semper procedit ex amore, quo intendis a proximo malum removere, que voluntas, cum sit voluntas benefaciendi illi, semper est voluntas charitatis theologica, vel moralis. Neque est inconveniens inferiorem virtutem imperare postea superiore, quia non imperat superiori, nisi media voluntate, cui omnes virtutes subordinantur; & solùm imperat, quatenus sibi vultus est ad proprium finem consequendum. Cum autem superior virtus sapientie sit inferiori virtuti ad suum finem consequendum, poterit inferior virtus superiori imperare. Quod exemplo virtutis penitentiae est manifestum. Ex affectu enim satisfaciendi Dux potes Deum amare super omnium, qui est actus charitatis. Item ex affectu virtutis spes, qua penas inferni vitare intendis, potes velle ita conteri, ut extra sacramentum gratiam confequaris, quod nisi per contritionem, qua a charitate procedit, fieri non potest. Ita ergo poteris velle ex affectu iustitiae, vel penitentiae, vel religionis alienam misericordiam sublieveare, & actum charitatis theologicae, vel moralis virtutis sciencie. Et in his communiter Doctores consentiunt (pauci excepti), ut videat apud interpres, D. Thom. 2. 2. q. 31. art. 1. specialiter Valent. disp. 3. q. 9. punct. 1. Coninch. disp. 27. dub. 2.
2. Dulplex est in genere beneficia, sive est duplex proximi misericordia, alia est corporalis, alia spiritualis: utraque autem plures adhuc habet, iuxta plures proximi necessitates: hos comprehendit D. Thom. communiter receperus. 2. 2. q. 31. art. 2. sequentibus versibus.
- Vixit, puto, cibo, redimo, rego, colligo, condo.  
Consule, castigo, dimite, remitte, fer, ora.
- queque in Catechismis catholicis continentur. Corporales sunt vestire infirmos, subleuare eorum infirmitatem opera & cura eius impensis: potum sicuti, & cibum agenti tribuere, captiuum redimere, nudum operire, peregrinum recipere, mortuum sepelire. Hinc confat feliciter mortuos opus est misericordia, quia subleua magnum miseriorem, qualem est levipatia carere, & quia excede fideles ad memoriam, ut pro defunctis orationes fundant. Quia de causa in Scriptura, & a sanctis Patribus plurimum hoc opus commendatur, ut pluribus exhortari Valent. disp. 3. q. 9. punct. 1. Vnde peccatum erit mortale inseparatum corpus relinqueri, quod sine graui tuo incommmodo sepe potest. sic Bannes 2. q. 31. art. 1. art. 2. conclus. 2. Torres disputation. 81. dub. 1. Bonacina disp. 3. q. 4. de charitate punct. 6. nu. 1. Valent. suprad. verset ex quibus finit sermonem. Coninch. disp. 25. dub. 3. num. 21. fine. Spirituales sunt docere ignorantem, consilium agenti praeberere, errantem punire, iniuriam remittere, mecum consolari, patienter adversitates & proximorum molestias ferre, pro viuis, & defunctis orare. Alii datur tam spiritualia, quam corporalia opera, quia expressis in supradictis non continentur, ut recte probat Valent. 2. 2. disp. 3. q. 9. punct. 2. Sed quia haec sunt praecepta, & ad haec respondunt, ea de causa retinenda est haec communis diuinio, quanque Catechismus Pij V. approbavit. Neque video difficultatem aliquius momenti, in qua necesse sit immorari. Solum ad vero in praesenti disputatione esse praecepit sermonem de elemosyna corporali: in sequenti, vbi agemus de correptione de linquentis, elemosyna spirituali.
- Este de elemosyna praeceptum tam diuinum, quam naturale, nulli Catholicis est potest dubitari. Nam ipsa ratio nobis dictat proximum esse amandum, quod fieri non potest, si in necessitate constitutus non succurras. Non enim amor verbo, & lingua, sed opere, & visitare offendendus est, Ioann. i. cap. 3. In Scriptura autem toties necessitas elemosynæ commendatur, ut superueracum sensum immorari in eius probatione. Pro omnibus testimoniis, que adduci possunt sufficiat locus. Matth. 25. vbi Christus Dominus restatur in extremo iudicio sententiam damnationis, vel salutis pronunciatur, luxur illius studium, vel negligenter. Quia via ergo commendari elemosyna amplius potest: Difficultas solum versatur in explicando tempus huius obligationis, quod in sequentibus præstare conabimur.

## PUNCTVM II.

## Quando obliget præceptum elemosynæ.

1. Tripliciter est proximi necessitas, extrema, grauius, & communis, & qualiter explicari.
2. Bona ex quibus est facienda elemosyna, alia sunt necessaria, alia superflua, & quia haec sunt.
3. Non est obligatio ex charitate inquirendi egenum proximum, suffici si paratus sis subuenire secundum si prælatus sis.

N n 4 proximi

proximi , ut obligatus sis subvenire , et ea regula definit non posset ; sed prudenter arbitrio mensurandum est . Illud certum , non sufficere testimonium patientis necessitatem , quia in causa propria infirmum est et ob praesumptam simulationem . sic Bonacina discep . q . 8 . d . 6 . de charitate . p . 6 . n . m . 3 . cum Maleder . 2 . 2 . q . 9 . art . 6 . dubit . ad finem .

4. Quare praeiorum te solum esse obligatum proximo subvenire, cum eius necessitas tibi nota est, cognoscis alia via non esse subveniandam, si enim probabiliter praesumis alium succursum, non erit auxilium tuum necessarium, atque adeo respescitur cui non erit ille poximus in necessitate. sic Nanar. cap. 24. n. 5. Valent. 2. 2. dñp. 3. quæst. 9. p. 9. 4. vers. ierit denique circumfusio-  
nem. Coninch. dñp. 27. dñb. 8. num. 16. & fauet D. Thom. quæst. 32.  
artic. sed terrenum, cum dicit tunc obligate elemosynam, quando  
apparet euidens, & vrgens necessitas, nec apparet in promptu,  
qui ei subveniat, his potis.

Dicendum est in extrema proximi necessitate ut obligatum esse ex necessariis, hoc est, convenientibus statui, & superfluis naturae elemosynas facere. Alius nullum est elemosyna praeceptum, si pro hoc tempore non obligaret. Neque charitati serice faris, si bona temporalia tibi non simpliciter necessaria pro vita tui proximi non expenderes. Si ferre omnes Doctores, cum D. Thoma. 2. qu. 34. artic. 5. in corp. qui licet artic. 6. dicat hoc esse opus laudabile fucurrent proximo ex superfluis naturae, & statui necessariis, non intendit affirmare esse opus consilij, sed esse opus licitum, & laudabile, vi bene aduerdit Ioan. Medin. De elemosyna, quæst. 3. §. verum. Valent. 2. 2. Disput. 3. quæst. 2. punct. 4. verific. neque sane est probabilis, col. 602.

6 Verum bona expenda ita sunt tuo, tuorūmque statui necessaria, ut abique illis nō ratione conferui statu posse, sed necessariō ab illo cadere debes; censio esse fatis probabile te non esse obligatum ea in proximo particulari extremam necessitatem patiente expenderē sic latet, & optimè probat Agidius Corinchi dispens. 27. dub. 8. a num. 154. conclus. 4. Primum, quia non videat te obligandum esse vitam proximi conferuare cum granī tuo detrimento, quale est te fieri miserum. Secundū, quia non teneris auctūs vitam proximi conferuare, quam propria; sed propterea non teneris conferuare cum amissione proprii statu, alias omnes tuas opes deberes expenderē in curatione aliquius infirmatris, si scires hac via sanandum esse, & ē contra morientum. Item debetes te, & tuos in mendicitatem reducere, si alia via non posses à morte minata tibi ab inimico liberari quis omnino videatur falsa. Tertiū, quia relipiscabit vitias videatur nobilem recinerē statum, quam primitum pauperem vita finiri. Ergo non tenetur quilibet nobilis, & diues à suo statu cadere, vt vitam cuiuslibet conferuerit. Neque obstat vitam esse bonum longe nobis omnibus fortunae bonis, & tenerias omnia tua bona pro vita cuiuslibet expenderē; quia si non potes illa expenderē, quam tuam vitam facias miseram non teneris te miserum reddere, vitium aliud in vita conferentes. Esset enim te obligare ad malum aequum sustinendum, ac esset illud, quod à proximo vitare contende, quod nullo modo chartis dictate potest.

dis, quod nullo modo charitas dicata poterit.

7. *Modo addendum existimat te non esse obligatum magnas opulentiasque diuinias expendere.* *vig. ter.* *et quatuor milie auctoribus pro redimenda vita cuiuslibet privati, etiam si obinde ab statu cadere non debetas, hec expresse tradit. Coninch. disp. illa 27. dub. 8. num. 143. conclusio 6. & faciunt, quia tradit Suarez disp. 7 de charitate. *set. 4. num. 4.* Ratio est, quia illi lumen in morali estimatione, & quad yllilitatem reipublica pretiosior est vita homini privati.*

<sup>8</sup> Ex quo sit, si proximus infirmatur, te non esse obligatum Medicos longe distantes vocare, & medicinas exquisitas afferre etiam scires has via eis curandum, & econtra morientum. Quia non tenetis de vita proximi ita esse sollicitum. Neque clavis obligat extraordinariis mediis proximo luceritare, sed foliis ordinariis, & communibus, sic Coninch. num. 145. Fit secundum patienti periculum vita ab inimicis, ne magnum summan expendas, te non esse obligatum expendere, etiamsi ob statu cadere non debeas, quia alias facilis negotio possunt inimici rem publicam inopem reddere, obligando ciues ad grauem summam expendendam minando mortem captiui.

9. Quæ diximus intelligenda sunt de patiente necessitatibus extreamis à causa naturali intrinseca, vel à causa extrinseca iusta. Nam si à causa extrinseca iusta necessitas inferatur, nullo modo teneris subvenire, hinc est te non esse obligatum condemnato iustè ut tunc pereat, cibum præberet, & condemnato a tristeme, & perpetuum carcere pecunia liberata, esto possis. Ratio est, quia reipublicæ aquæ vilie est, & fortè viilus, vt de linquens peccata debitum sustineat, quam eum à tali pena liberari reddere. Item ipse condemnatus non tenetur se à tali morte liberare, et si possit, sed potest illam patiente sustinere. Ego neque tu teneris, sic Nauar. cap. non in inferenda, 23. q. 3. num. 24. Malder. de virtut. tract. 3. c. 1. subl. 15. Emanuel saa verbo charitatis num. 6. Ioann. Sanchez in felicit. dispu. 4. num. 6. q. 7. Bonacina dignificat, quæb. 4. de charitate, punct. 6. num. 17. Poteris tamen si non sis misitrix iustitiae, aut speciali interdictus sic condemnatus ut tunc pereat, cibum subministrare, sicut enim condemnatus potest illum sumere, & procurare ob ius conservandi vitam, et

am tu potes illi in hac causa iuware, quia soldini condemnatur ad patientium. Dixi et posse, nisi si minister iustitiae, aut specialiter interdictus. Quia tunc ratione officij, cui exercito iustitia competit, vel ratione specialis precepti impeditur. sic Barnes. 2. 2. quest. 32. dub. 3. Solutus s. de inst. quest. s. art. vi. Reginald. lib. 4. cap. 25. numero. 296. Tolent. libro 4. caput. 31. Bonacina supra numero. 17.

10 Maior difficultas est, an extra necessitatem extremam  
obligeris eleemosynam facere?

Varia sunt sententiae. Prima negat te esse obligatum sub gratia vel scilicet sicut habes, sic agis. In 4. dist. 16. quæst. 4. artic. 2. conclus. 4. Med. C. de penitentia. tractat. 5. quæst. de necessitate dandi elemosynam, & quod in controversia sicut Gerlon. & part. alphabet. dist. 32. tit. 4. O. & alij plutes quo resumunt Valsquez. opus. de elemosyna c. 1. dub. 1. & 3. dub. 4. n. 14. Azor. 2. part. lib. 12. cap. 7. quæst. 2. Suar. disp. 7. sed. in princip. Coninch. disp. 7. dub. 8. a. n. 118. & cum probabilem reputat Bonacina disp. 7. quæst. 4. part. 6. n. 8. verific ad primum argumentum. Mouetur prius, quia caritas te obligare, non potest ad subvenientium proximo, magis quam ad subvenientium tibi. At tibi non es obligatus subveniente in graui necessitate, sed tam liberter pati potes propter Deum. Ergo nec proximo teneris. Secundum, si graui necessitate proximi elles obligatus succurrere, cum haec necessitate lapsus occurrit, non posses scilicet thesaurizare, neque diuitias ad fundandas Ecclesiasticas observar. Tertius non apparent bona, ex quibus tenaces hanc elemosynam facere. Nam ex bonis tuo statu necessariis teneri non potes; aliaj obligatus esses cum æquali damno proprio, subvenire alieno. Superflua autem statutu tardò, vel nunquam habes.

ii Secunda sententia a affirmat te esse obligatum sub mortali, si habeas superfluum statutu pauperibus, quos elegeris, distribuire fuit in graui sue in communii necessitate, scilicet verò si solùm necessaria statutu habecas, sic Caicit. 2. 2. q. 12. art. 5. & in opuscul. de precepto elemosynæ, præcipue cap. 5. 4. & 22. Valentia disp. 3. quæst. 9. panis 4. §. 2. verific. secundum Banne. cap. 6. 6. & alij plutes, quos refer Bannes quæst. 32. art. 6. dub. 2. Torres disp. 81. dub. 2. Reginald. lib. 4. c. 20. mon. 2. Lorca disp. 36. n. 14. 22. canique defudit Bonacina, ut satis probabilem supradicta n. 8. Et videtur liti probari ex illo Iacob. 1. vbi Christus Paraisis contulit, vt è rapina, & infiata te se liberaret, elemosynam facientem de his, quæ sibi supererant. Neque illud videtur confilium, sed præceptum, siquidem illud non implentes pleni iudicantur rapina, & iniuriant. Item Lucca, inititur in ignem arbori non faciens fructum bonum, tunc autem censuris, vt ex ipso contextu constat non facere fructum bonum, cum duas tunicas habens, neges nullam habenisi, & habens cleas, neges agenti. Ratio pro hac sententia est, quia inter gentium dominia rerum introducta sunt: at et cedentibus est esse taliter introducta, vt quicquid afflum quæ sit necessaria sunt, relativa agentibus distribuatur; alias inordinata esset diuisio rerum, & contra ordinem charitatis. Ergo ex eo præcisè quod quis habeat superfluum, coegerit in pauperes distribuere.

12 Tertia tentatio media via procedit. Affirmat namque isti  
grati proximi necessitate ut et obligatum ex superflua statu  
eleemosynam facere, scilicet in communione necessitate, sic Cour-  
ruicias s. variarum, cap. 14. Petri Nauar. lib. 3. de restituitione, cap. 1. nom.  
358. Maledicti quaslibet 32. art. 6. dub. 4. propositi. 1. & 2. & alijs plus  
relata in Suarez disput. 7. de charitate sententia s. t. n. 5. Ratio eis quia di-  
uities dominium habent omnium illorum, que iusto titulo profi-  
cient, etiam si suo statu superflua sint; alias pecubant contra au-  
tistiam ex teniendo, & debent ex distribuere; etiam nullus  
existet, qui necessitatem patetur. Quod si præter superfluitatem  
bonorum ex parte tua, requiratur necessitas ex parte reci-  
pientis eleemosynam, spectanda est, quemam sit necessitas nam si  
hac sit gratia, videtur gratia et obligare, si leuis, & communis, le-  
uiter.

13. Dicendum ergo est te obligatum esse sub gravi culpa eleemosynam facere proximo grauitate indigentibus ex bonis; quae tuo statu presertim superfluit, sic Cœurriuas lib. 3; variarum, cap. 14. num. 5. Bellarpini lib. 3, de bonis operibus, cap. 7. Valent. 2. 1. disput. 3. quasi 9. punt. 4. circa finem, verbi secunda sententia. Torres disput. 82. dub. 1. Lorsca 3. disput. 37. num. 22. Suarez dis-  
put. 7. scilicet 3. num. 5. Coninch. disput. 27. dub. 8. num. 125. & 130. Et  
probari potest primò ex illo i. loan. 3. Quia uiderit fratrem suum  
necessitatem habere, & clausuris vixera sua ab eo, quoniam charis  
Dei manet in illo? quasi diceret, non manet charitas Dei in illo,  
qui uiderit fratrem suum necessitatem habere, & non sufficiunt  
neque dixit fratrem suum necessitatem habere, ut innuerit grauem sufficere.  
Item Matth. 18. damnatio fuit seruus, quis non fuit milierus con-  
serui sui grauite indigentibus, & Matth. 25. damnantur in iudicio  
homines, quia nec cibarunt famelicem, nec porarunt fidicem,  
nec vestierunt nudum, nec receperunt peregrinum, &c.  
Quia cum pauperrim occurrant, non debent intelligi esse necessita-  
tis extremae. Ilemon confortat Exod. 22. & Deuteronomio 22. vbi mandatis  
levare asinus proximi cadentem, & reddere vestimentum in  
pigius acceptum ei, qui non habet aliud, quo se operiat. Ratio  
est, quia caritas te obligat, ut proximi dampno graui virare  
procures, quando finis tuo graui damno id facere potes, ideoque  
si videoas domum proximi comburi, & facile possis impetrare, pec-  
cas mortaliter si non impediias, sed expendendo aliqua bona, qua-

nu flavi praesenti necessaria non sunt, & ex alia parte non sunt in graui quantitate, non pateris aliquod graue damnum. Ergo obligatus es ea expendere.

14 Dices, nullus teneat se impotenter reddere ad altiorum statum acquirendum ob subleuandam grauem proximi necessitatem, quia nullus teneat cum graui iactura propria alieno malo succurrere. Ac est graui iactura amissio altioris status. Ergo si bona expenda sunt tibi necessaria ad altiorum statum acquirendum, non poteris teneri illa expendere, quamvis ad presentem statum conferuandum non sint tibi necessaria. Facto horum argumentum non parum virgine, ac proinde videri excusatibus a graui culpa non succurrentes proximorum necessitatis ex bonis, quae putant tibi necessaria ad altiorum statum acquirendum, quando habent ius ad congruentum illum altiorum statum per illa bona: quod notanter dico proper bona titulo Ecclesiastici beneficij comparata, que non videtur concessa, vt mediis illis pares viam ad altiorum statum, sed ad presentem conferuandum, vt dicimus. At quia hinc lequitur ratiō diuines obligatioē esse ad elemosynam faciendam, si iolum ex superflua statutu praesentis, & futuri teneant, vt dicit Valquez de elemosyna, cap. i. dub. 3, num. 27. & i. quia vi ipsenem dicit cap. 4. num. 14. vix in secularibus etiam Regibus superfluum inventur, cum nullus fecerit, qui in altiorum gradum sibi, & domestici procurare non possit, vel cuius opes ad fundationem alieūs collegij, vel monasterij non sint destinatae. Ideo censio ad obligationem elemosynae facienda in graui necessitate non esse attendendum statum futurum, quem procurare potes, sed praesentem, quem habes, cui praesenti si illa habebitis imperium, ita ut absque illis sine speciali decreto tuus praesens statutu conferuari possit: teneris elemosynam facere. sic Coninch. disput. 27. dub. 8. num. 130. cum Bannes 2.2. disput. 32. art. 1. dub. 2. Toret. disput. 32. dub. 4. Lorca disput. 39. num. 55. Suarez disput. 7. set. 3. num. 7. Bonacina disput. 3. punct. 4. punct. 6. versic. tercia sententia, numero. 8. & alij suos ipsos.

Ratio est, quia diues habens sic superflua, & elemosynam omittens longo tempore pluribus egenis expolituantibus recipiunt graue detrimentum infest, cum totum onus alendi pauperes in ipsi transferat, neque illi superfluum praestet, cum possit. Neque obstat omnime illi cuiuslibet elemosyna non esse peccatum mortale, immo nec veniale, quando voluntate habes alii accidendi, & de facto alii succurrere: fecis vero, si illa voluntate cates, & nemini intendis succurrere, quia in priori casu iam aliquo modo leuis onus est publica, eique subsidium praestas. At in secundo tempore, graui, & re inhumani, & durum ostendit, & aliis impetratis exemplum praebes.

15 Argumentis, que in confirmationem prædictarum sententiarum addiximus, facile responderetur, quatenus nobis aduersa sunt.

Ad primum primæ sententiae respondeo, te non esse obligatum proprie necessitate graui succurrere, quia es dominus tuorum bonorum fortunæ, & honoris: ut esse obligatum alienæ, quia alienis cedet non potes fieri propriis. Unde sicut in bonis corporis, quia illorum dominum non habes; teneris tibi succurrere, si graui necessitate vexeris, ita debes proximo in bonis fortunæ, quanto bonum non habes; quæ omnia confirmantur: exemplo creditoris, & debitoris, creditor enim remittere debitum potest, at ipsi debitor est teneris solvere, sic patiens grauem in bonis fortunæ necessitate potest ob rectum iurem sustinere: at tu non potes remedium subtrahere, dum de illius voluntate tibi non constat.

Ad secundum dico graues necessitates non ita passim occurrere, ut te impedian ab illis operibus bonis: at si de facto occurras, non poteris ad fundandas Ecclesiæ, vel collegia diuinitas obtemperare, vt relato Azor. docet Bonacina disput. 3. quest. 4. de charitate punct. 6. num. 9. versic. secundo: bene iamen que necessaria sunt ad filios, & domesticos in statu confundendos, quia haec pertinent ad proprium statum conferuandum.

Ad tertium satis constat, ex quibus bonis succurrere debeas graui necessitate, scilicet ex iis, que tibi, tuorumque statu simili poteris fieri necessaria non sunt: sed abque illis possis sine graui detrimento conferuari. Argumenta autem secundæ & tertiae sententiae ex probationibus nostrorum conclusionum sufficienter expli- cantur.

17 Admeto elemosynam versari in propellendam proximi adiuvante, & subleuanda eius necessitate: quia est actus misericordiae, & compassione. Quapropter necessarium est, vt necessitas praefatis non præterita. Ex quo sit, si proximus insisteret, teneris illum, si alius non fit, qui illius curam gerat. Et idem est si indiget tuo patrocinio ad famam, vel diuitias tibi iniunctas ablatas recuperandas, quia vere nunquam illas amisit. Secus vero est si casuvel iusti famam, & diuitias amisisset, non teneris, et facile possit procurare, vt recuperet: quia illa recuperatio est

lucrī acquifitio, elemosyna autem non ordinatur ad lucrum proximo acquirendum, sed ad damnum pendens impedientum, sic optimè Vasquez in opuscul. de elemosyna, c. 1. dub. 3. n. 27. 28. § 35. Bonacina disput. 3. q. 4. de charit. punct. 6. n. 9.

## P V N C T Y M III.

An in casibus, in quibus obligaris elemosynam facere, teneatis ex iustitia, an solum ex charitate.

1 Qui, & quibus probent te ex iustitia obligatum esse.

2 Affirmandum est te solum obligari ex charitate.

3 Satisfit argum. num. 1. additius.

1 N on desuit Doctores, qui hauc obligationem ex iustitia adfruunt, sic Cajetan. 2.2. quæst. 18. Aragon. quæst. 32. art. 5. Turrecrem. c. 1. fenerauerit, 86. diffinit. Sarmiento lib. 1. de Ecclesiasticis redditibus p. 3. c. 4. n. 3. & seqq. & faver Augustinus Psalm. 147. explicans illud, confortauit feras portarum varum, vbi inquit: Superflua diuitiæ necessaria sunt pauperi, alieni retinet, qui ita teneat. Item Ambrosius sermon. 18. sub finem, & Balbus in illo Lucæ 12. Debetrum horrea mea, & alij Patres vocant retinentes bona in iis occasiōibus esse rapaces, & aliena retinet, & D. Thomas 2.2. quæst. 118. artic. 4. ad secundum, vocat hoc debiram legale, & quod distinguit contra debitum morale, ac proinde esse ex iustitia. Probatur autem haec sententia primo, quia ex iure naturæ omnia erant communia ante divisionem, iusque gentium divisionem introductæ, sed non est credendum divisionem introducisse cum violatione charitatis. Ergo cum charitas obligat relinquere agenti bona necessaria, iam illa bona cessant esse illius, cui iure gentium fuerunt applicata. Ergo manent communia, ac proinde illius, qui illis eget. Secundo laborans extrema necessitate, immo & graui potest absque iniustitia, & peccato surripere bona ibi necessaria, neque tu impedit potes. Ergo signum est illius esse, ac si nullo poliderentur. Terterò iudex cogere potest sic habentem superflua, ut agenti succurrat, ab illo que bona tanquam iniuste detenta auferre. Ergo ipse ante talēm coactionem teneat.

2 Nihilominus cum communia sententia affi: mo te solum ex charitate, & non ex iustitia obligatum esse elemosynam facere, sic Ioan. Med. C. de refut. quæst. 3. causa 1. Nauart. cap. 24. num. 7. & 8. & tract. de redditibus quæst. 1. num. 16. & in cap. intra verbis, num. 714. & in apol. contra Sarmient. quæst. 2. mon. 2. Toret. 2. 2. disput. 82. dub. 1. Lorca. disput. 6. disput. 39. num. 45. & alij in opuscul. de elemosyna, cap. 1. dub. 5. sub. num. 17. Coninch. disput. 27. dub. 7. n. 104. Reginald. p. 1. lib. 4. cap. 10. disput. 4. num. 26. 4. Suarez. disput. 7. set. 3. ult. de charit. Bonacina. disput. 9. 4. de charit. p. 6. num. 29. & alij. Ratio ea est, quia proximus duplii tantum generi bonorum indigere potest ad proprieatem necessitatem, scilicet tuis actionibus personalibus, vel bonis fortuna a te iam possedit: nullum autem ex iis bonis teneris ex iustitia in eius obsequiūm impedit, sed solum ex charitate. Ergo. Et quidem de actionibus personalibus videatur res manifesta. Non enim ob necessitatem alterius amitus libertatem tibi a natura donatam, neque seruos indigentis efficeris, sed aque liber manes, & aque dominium retines tuarum actionum, num ei nullus eis indigeret. Ergo non peccas contra iustitiam eas actiones denegando. De bonis autem a te iam posseditis sic probbo, quia licet iure naturæ illa bona ante possessionem nullius essent, idque dicuntur communia; at semel a te accepta, & collecta tua sunt. Neque ob indigentiam alterius definit esse tua, quod a fortiori militat in pecuniis, vestibus, & cibis, quæ tua, vel tuorum industria, & labore comparata sunt, ac proinde sunt fructus magna ex parte personales, quorum dominio priuati non potes ob illius indigentiam.

3 Neque contra hanc doctrinam procedunt Augustinus, Ambrosius, & Basilius, alij Patres affirmantes rapinam committente, qui negat pauperi debita, qui per quandam exaggerationem loquuntur vocantes rapinam, & furtum, quod est ex charitate debitur. D. autem Thom. dicit esse debitum legale, hoc est, à lege charitatis introductum, non autem iustitia commutativa. Eto est contra omnia debitum iustitiae commutativa sit debitum legale. Neque obstat debitum legale distinguere, contra debitum morale, quia morale debitum, vocat debitum ex quadam decencia, & honestate. Debitum autem legale est debitum strictum, quia est debitum ex rigorosa lege.

4 Ad primum contrarium concedo ius gentium, seu naturale non introduxit divisionem rerum cum violatione charitatis; non tamē inde sit reliquise res extra dominium possidentis, sed solum obligatis possidentem, vt eas ex charitate egenis impetraretur. Dicuntur autem fieri communies in necessitate, quia charitas, quæ non querit quæ sua sunt, eas communies facit, ratione cuius egenis potest eis via abque villa domini iniustitia, quia ipse dominus in tali viu teneretur ex charitate contentire, quod si de facto repugnet, obstat non potest, quo minus egenis iure fibi a charitatem, ac proinde nullius

nullius momenti. Ex quo patet.

Ad secundum argumentum sic accipientem in extrema necessitate res sibi necessarias non peccare contra iustitiam, quia tu debebas eas illi ex charitate concedere, neque sic accipiente impedire potes, quia ea conditione ab auctore natura donata sunt, ut ex charitate impetrari indigeni renearis.

Ad tertium concedo à iudice cogi posse diuinitatem superflua habentem, ut egenis succurrat, sicut potest cogiebatur, ne se inebriet, vel fornicans ne fornicetur, quia iudicii competit leges omnes facere obseruari.

## P V N C T Y M . IV.

Vtrum satisfacias obligationi elemosynæ, si rem, qua proximus indiger, mutuas, vel dilata solutione vendas, vel dones sub conditione, vt reddit acceptum, si ad pinguiorem fortunam venierit.

1. Si proximus indiger non re, sed usi sufficit, si usum dones, et non rem.
2. Si proximus indigens habet alibi bona, satisfacias mutuando vel vendendo.
3. In quo sita sit controvèrsia.
4. Qui affirman, & quibus probent te satisfacere mutuando verus agent.
5. Probabiliter est obliatum esse donare extremè indigeni.
6. Idem est dicendum de patiente grauem necessitatim, tametsi aliqui contrariant sentiantur.
7. Cum obligatio mutuare, non potes lucrum cessans deducere in padum.
8. Omitens dare elemosynam, cum ex charitate tenetur, non tenetur ad damnum.

**H**Ac in te primò certum est, si proximus non re, sed usi illius indiget, te non esse obliatum rem donare, sed folium vnum. Explico. Indiget proximus equo, vesti, aut alia re, quia transacta necessitate perlegerat, non teneris ei vestem, aut equum donare, sed sufficit, si dones illius vnum, quia folius vni est illi necessarius: charitas enim folium obligat, ut proximi necessitatis succurras, non autem, ut proximum dites, sic Valent. 2. 2. dispu. 3. qu. 9. p. 4. vers. septim. certissimum est, ut nō vers. ac per hoc patet responso Suarez dispu. 7. de charit. scđ. 5. num. 4. Valq. opus. de elemosyna. cap. 1. dub. 6. num. 51. Coninch. dispu. 27. dub. 9. nu. 147. Bonac. dispu. 3. qu. 4. de charit. p. 6. num. 16.

2. Secundo certum est, si proximus tua re, vsique illius indiget hic, & nunc, habetque alibi bona, quibus satisfacere possit, vel spem proximam habendi ex successione, vel labore proprio, & industria à suo statu non aliena, satisfacies obligationi elemosynæ, mutuando, vel commodando, vel vendendo, sic Valent. vers. septim. certissimum. Coninch. num. 149. Suarez num. 3. Bonac. num. 15. Valq. num. 53. Ratio est, quia hic non est alibi pauper, cum non si impliciter indiget, indiger enim tantum pro determinante aliquo loco, & tempore. Ergo non teneris illi absoluere donare. Item habens alibi bona diues est absoluere, non igitur respectu illius obligare potest elemosynæ gratuitæ præceptum. Quod si alibi non habeat bona, habeat tamen spem habendi, cum illa spes precio sit astimabilis, absoluere dici potest de presenti bona haberi, quibus imponi possit obligatio satisfaciendi. Item si proximi necessitati subvenire potes seruando indemnum, que ratio est potest, quominus facere non possis? Quia omnia confirmantur, Genef. 23. exemplo Iacob, qui euidenti fratri cibum vendidit, & exemplo Ioseph, Genef. 41. & 42, qui ab Aegyptiis fame laborantibus pro frumento tradidit terras accepit, & exemplo Tobias, qui Gabelo sub chirographo mutuum dedit, quia iij omnes non erant absoluere, & simpliciter pauperes, cum bona aliunde haberent.

3. Controvèrsia ergo est, an proximo existenti in extrema necessitate, quique neque haber aliiude bona, quibus fibra radicum reddere possit, neque spem habendi illa absque notabili difficultate, renceras gratis dare, vel farisfacies mutuando?

4. Affirman plures te satisfacere mutuando, neque teneri gratis dare. Sic Nauat. cap. 17. num. 6. & cap. 24. num. 5. Coquernias regul. peccatum, 2. pari. 5. 1. m. 4. Tolci. lib. 5. cap. 2. sequuntur Adrian. quolibet. 1. artic. 2. circa medium, & in 4. in mat. de refusis. quas. 33. Mouentur, quia folium teneris necessitati proximi subvenire, & haec subvenitur aque murro, ac donatione. Ergo potes quo d' malueris eligere. Item facta murnatione tollitur necessitas proximi: sublata autem necessitate non obligat elemosynam. Ergo. Hanc tamen sententiam approbant grauissimi Doctores sub quadam limitatione, scilicet vi mutuum non sit absolutum, sed conditionatum, scilicet si proximus ad lautiorem fortunam deuenierit. Sic Valquez in opuscul. de elemosyna. cap. 1. dub. 6. num. 54. Lessius lib. 2. de iustit. cap. 16. an. 1. num. 11. Et mouentur

Ecclesia, sed sibi; vindicare enim, sibi acquirere proprium est veri domini. *in rem actio, ff. de rei vindicata.* Tertio, quia non cogitur paternam hereditatem vindicare, sed potestam habet illam vendicandi, ac proinde illam renuntiare potest, quod nequam fieret, si dominus non esset. Secundo mouentur, quia non appetit apud quem dominum illius hereditatis exitat, non apud pauperes, tum quia est communitas nimis indeterminata, tum quia non possit in alios vias Episcopum religiosus expellere. Neque item est apud Ecclesiam vniuersalem, à quo non ipso applicata. Neque item apud Ecclesiam illam particularē, ad quam assumptus est, alia non licet translatio ad aliam Ecclesiam defere secum hereditatem, sicut translatio ad monasterio ad Episcopatum non licet defere secum, quia in monasterio acquisivit. Neque obstat obligatum esse Episcopum ea bona relinquere Ecclesiae; quia hoc solum probat non habere liberam facultatem disponendi in morte; & merito, quia cum ratione Ecclesiae dominium illorum acquisivit, ad ipsam Ecclesiam iustissimum est, vt perueniant. Tertio cum voto paupertatis compati non potest dispositio bonorum perpetua, & independentis ab aliquo superiore; at religiosus factus Episcopus haberere divino administrationem, & dispositionem bonorum, que ab ipso afferri nullatenus potest, nisi in pecunia aliquis graui delicti. Ergo.

3. Nihilominus recedendum non est à communī sententia, que affirmat religiosum factum Episcopum, & obstrictum voto paupertatis manet, & consequenter incapacem dominij proprij, sic tenet diu Thomas Caietanus. *question. 18. art. 8.* ibi Caietanus. Valent. disp. 10. quest. 8. punct. 8. col. 3. Couarruas c. 1. de teflamen. num. 18. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 18. Egidio de Coninch. disp. 27. dub. 11. num. 200. Thomas Sanchez pluribus relatis lib. 6. in Decalog. cap. 6. num. 8. Leffius de iustitia lib. 2. cap. 4. dub. 1. n. 29. & 4. 41. dub. 11. num. 92. Nauarr. comment. 1. de regula. num. 31. & comment. 2. num. 17. & comment. 3. num. 46. & lib. de redditibus Ecclesiastici part. 1. monit. 11. n. 1. & 2. & monit. 92. num. 1. Sarmiento de redditibus i. part. cap. 1. n. 10. & in defens. illius prima part. monit. n. 2. & 3. & alij.

Probo, quia religiosus factus Episcopus verus religiosus existit, alia non obligaretur habitum sive religionis portare: sed de essentiā religionis non solum est votum castitatis, sed etiam paupertatis, & obedientiae. cap. cum ad monasterium, de statutis monachorum, fine. Ergo si factus Episcopus omnia haec vota retinet, Secundū, quia vera religiosum in tantum dispensari poterat, quatenus obstant munera Episcopali, sed abdicatione dominij non obstat huic muneri concessa libera facultate administrandi redditus Episcopales, ceteraque bona in quolibet decenes viis. Ergo non est dicendum in voto paupertatis dispensato esse.

4. Neque obstant in contrarium adducta.

Ad primum despumptum ex cap. statutum, respondeo religiosum factum Episcopum esse legitimū heretem, sibique vindicare hereditatem non pro se, sed pro sua Ecclesia, sicut existens in monasterio ius successoriis habet, & hereditatem sibi vendicari non pro se, sed pro monasterio, iuxta l. Deo nobis, 56. §. hoc etiam, C. de Episcop. ex cleric. vbi cauetur, ne parentes priuent filios religiosos hereditate sibi obveniente, & subditur. Sin vero ultimam voluntatem parentes, neque testamento, neque ultimo elegio declaratae monstretur, om̄em parentum substantiam h[ab]ent, quibus ab intestato competit. Secundum leges nostras filii defendant, nullo impedimento ex sanctimoniali conseruatione generato, sive soli, sive cum aliis ad successionem vocantur. Neque ex illis verbis, potestam habeat vindicandi, infertur non debete de facto vindicare, sed explicatur, quod difficultatem ingerere poterat. Adde, et si posset non vindicare, sed renuntiare, inde non infertur illius habere dominium, sed plenam, & liberam administrationem.

Ad secundum dicō, dominum illius hereditatis esse apud Ecclesiam, ad quam assumptus est, sed cum potestam libera transrendi, dum vivit, in aliam Ecclesiam, & in quodlibet pium opus. In morte autem Ecclesie relinquere debet, non vt liberē Ecclesie donatum, sed vt proprium Ecclesie, vt satis indicant illa verba textus, iuncta glossa, ad altare ad quod sanctificatur, & intitulatur secundum canonis restitutus. Verbum enim restitutus Ecclesiae esse proprium indicat.

Ad tertium nego cum voto paupertatis compati non posse dispositionem liberam perpetuam in viis pios bonorum Ecclesiasticorum, alias religiosus ad parochiale beneficium assumptus, quo priuati nullatenus possit, nisi ob urgentem cautam religiosus non esset, cum haberet ius perpetuum disponendi de bonis: quod autem haec perpetuaria ex iure divino, vel humano proueniat, impertinet esse videtur.

5. Ex his infertur religiosum Episcopum prodigis disponentes Ecclesiasticas, & bona sibi obvenientia contra iustitiam peccare, & accipientes obligatum esse restituere, nisi Ecclesia remittat, quia caret bonorum dominio, & sola administratione ad honestos vias illi est concessa, sic Leffius lib. 2. de iustitia. c. 4. dub. 5. n. 19. Thomas Sanchez lib. 6. in Decal. c. 6. n. 13. Couinch. disp. 27. dub. 11. n. 200.

P V N C T V M

## P V N C T Y M I X.

An pauperi patienti extremam, vel grauem necessitatem, liceat aliena surripere, caque consumere.

- 1 In extrema necessitate potest, si alia via succurrere sibi non vallet.
- 2 An teneat prius rogare diutines, ut sibi succurrant.
- 3 Non potest per vim à domino impediri, quin pauper sibi succurrit extremitate indigens.
- 4 In graui necessitate plures censem inuitu domino non posse aliena surripere.
- 5 Probabilis est oppositum.
- 6 Satisfundam. num. 4. adducto
- 7 Si proximus in eadem necessitate existit, non potest ab illo rem surripere.
- 8 Expeditur, an tenearis reddere debitum Petro, eo indigente equaliter.

In extrema necessitate ferè omnes Doctores affirman, si alia via sibi succurrere non potest; quia quilibet habet stridulissimum ius, propriam vitam defendendi, & consequenter afflimenti que ad hanc defensionem necessaria sunt. Item diues à quo affluit pauper bona, habet obligationem ea ipsi donandi. Ergo non est prefulendum inuitu, vel saltem non erit rationabiliter. Adde omnia in illa necessitate facta esse communia ab auctoritate patrum, cum ad conservandum hominum vitam ea produxerit, & sub hoc onere certis dominis tradiderit.

Dixi, si alia via sibi succurrere non potest. Nam si rogando amicibiliter diutinem, ut succurrat, potest sibi prouidere, nullius licet ab eo bona clam auferre, quia nemini licet aliena surripere, cum propria per donationem habere potest, si superponit omnes, & expelsus notauit Coninch. disp. 27. dub. 10. num. 18. Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 12. num. 66. vbi dicit omissionem huius conditionis non videri peccatum mortale, si scandulum absit, quia siue dominus concedat, siue non, potest accipere pauperi sibi necessaria. Ergo est solum inordinatum in modo que non videtur ita grauius. Addit vero Coninch ab hac petitio ne non excusat pauperem, etiam si nobilis familiæ sit, & valde pudente mendicari; quia in tanta necessitate pudor ille (inquit) vincendus est, & aliquibus diutibus necessitatibus manifestanda, præcipue cum huiusmodi necessitas non ex culpa evenire soleat. At hoc durum mihi videtur, quia inde obligatur pro remedio sua necessitatis extremae, grauem falem turbare, qualis est ab statu cadere mendicando, quod aliquita arguunt, ac ipsam mortem. Quare Lessius dixit vitium honestas conditionis non tenet nisi oblatam mendicare, fauetque Lorca 2. 2. sect. 3. disp. 39. membr. 1. num. 9. reputans eum esse in extrema necessitate, qui est in certo periculo ita deciderunt ex honesto statu, ut non possit viam sustentare, nisi discendo artem mechanicam, aut mendicando, quod licet verum non sit, probat tamen esse grauius malum. Ergo si obviandum grauem necessitatem potest proximus aliena surripere, potest ob vitandam extreman, absque obligatione mendicandi. Quocirca solum exilissimo obligari potest pauperem vni, vel alteri diutie secreto necessitatem manifestare, si probabiliter credat eos via esse succursum; quia manifestatio non videtur graueriter ignominiosa, neque grauem pudorem causare.

Hinc sit te accipientem non posse à domino impediti, quod si impedit eum repellendo, iniustus est, & hanc iniustiam potest accipiens propellere, etiam diutiem occidendo, si opus sit. See Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 12. num. 69. Coninch. disp. 27. dub. 10. num. 19.

In graui vero necessitate est inter Doctores controversias, an licet sit aliena inuitu domino surripere? Negare videtur D. Thomas 2. 2. quæst. 66. artic. 7. & ibi Caeterum, Sors lib. 5. de iug. quæst. 3. artic. 4. Couarruarius regul. peccatum. part. 2. §. 1. n. 3. & supponit Suarez disp. 7. de charitate, sect. 5. num. 8. & facit cap. 18. 1. de furtis, vbi imponit penitentiam furianti in necessitate gran. dictere enim, si quis propter necessitatem famis, aut nuditatis furians fuerit cibaria, vestem; vel panes, penitentia tres hebdomadas, & si redidicerit, non cogatur ieiunare. Ratio autem est, quia pauperi non licet surripere, nisi in quantum diues obligatus est illi dare, alia effet bellum iustum ex traquae parte, sed diues obligatus non est huic patienti grauem necessitatem dare, sed potest eo omilio aliam eligere. Ergo. Quod si dicis id verum esse, cum dominus non habeat bona, quibus possit omnibus patientibus grauem necessitatem subvenire, secus si illa habeat. Hinc sumo argumentum: Pauperi constare non potest diutiem habere bona superflua status, quibus omnia egenis granier succurrere possit, cum necessitates graues frequentes sint, uno contrario debet præsumere. Ergo stante hac ignorantia non habet ius aliena surripendi.

Nihilominus probabilis censem patientem grauem necessitatem, si alia via succuri non potest, posse clam à diuite aliena surripere. sic docuit Nauart. cap. 17. num. 5. Petrus Nauart.

Ferd. de Castro Sum. Mor. Part. I.

lib. 2. de restit. cap. 1. num. 574. Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 12. num. 71. Valquez cap. 1. de elemosyna, dub. 7. num. 60. Coninch. disp. 27. dub. 10. num. 162.

Ratio sumitur ex contrario fundamento. Est enim insita diviti obligatio ex charitate succurrenti cuiuslibet patienti grauem necessitatem, sicut patienti extremam, si commode potest. Hoc autem sufficienter pauperi constat, si illi conserf de sua graui necessitate, & de potentia diutius, & ignoret, an alijs pariantur eandem, secumque concurrant: ita enim conditionibus potest, tenuerit diues succurrere, & in accepis à paupere consentire. Ergo pauper accipiens non peccat. Quod si de facto plures patientes grauem necessitatem concurrant, & cognite sint à diuite, quibus omnibus satias facere non potest ex bonis, quæ sibi superflui, sed solum vni, vel alteri, credo tunc non posse pauprem clam surripere, si iphi non constat nolle alii diutie elemosynam impetrari, quia in tantum potest, in quantum diues tenuerit. At in tali casu diues non tenetur ei elemosynam concedere, sed potest eam aliis seruare. Ergo. Neque obstar patientem extremam necessitatem post à diuite clam necessaria surripere, etiam plures alijs similem necessitatem patientes concurrant, & diues non possit omnibus prouidere, quia ius conservandi vitam, quia est nimis exceptum, hanc tribuit facultatem, neque ullus conqueri rationabiliter potest, quod sic consecutare studeat. sic Valquez de elemosyna. cap. 1. dub. 7. num. 62. Fator tamen ob hanc rationem etiam in graui necessitate esse probable. Nam cum diues omnibus illis diutis tenetur prouidere, qui præuenit accipiendo, iure à natura sibi concessio videtur vti.

Neque nostræ sententia obstat, cap. 1. quis. nam, ut recte explicat D. Thomas 2. 2. quæst. 66. artic. 1. & ex illo Valquez lib. dubio 7. num. 65. Lessius lib. 2. cap. 12. dub. 12. fine. Coninch. disp. 27. dub. 10. & alijs. Loquitur textus, quando futurum commissum est propter necessitatem communem, non tamen urgentem, & grauem: eum vero dicitur, si restituierit, non ieiuner, indicatur duplum esse furians extra grauem, & extremam necessitatem penitentiam imponendam. Primum trium hebdomadarum penitentiam. Secundo ieiunium, quæ ieiuniū penitentia restituendi statim non imponitur. Quod si velis loqui textum de furante in graui & extrema necessitate, respondere debes. Primum peccale sic furante, quæ indebet alienam rem virupavit, quia forte rogando potest obtinere. Secundo impositam esse penitentiam non ob peccatum, sed ob peccati similitudinem. Adde textum non esse Pontificium, neque ex aliquo Concilio desumptum, sed ex penitentiali Theodori; Ratio autem, qua illa sententia nitebatur, satis ex probacione conclusionis nostræ disoluenda est.

Adiutor tamen primo, te non posse etiam in extrema necessitate confitendum, surripere rem alienam ab aliis quæ illa indigente, quia tunc ipse non tenetur sibi date, & ratione possessoris ius acquisitus praetationis. Secundo adiutor rem valde preterfata te non posse ab illo sumere, ut tu necessestati satisfacias, quia supra dixi punct. 4. non tenetur diues cum tam graui iactura honorum tuae necessitati prouidere, quia id cedit in re publica datum.

Dices. Ergo debens ex furto Petro magnam quantitatem, tenuerit cum tali periculo Petro reddere, si videat Petrum in aequali necessitate existere, quia retentio est prima acceptio continuatio. Si ergo non licet primo accipere, neque licet acepit retinet, & congetur Lorca 2. 2. disp. 38. n. 11. quiores res debita Petro in specie existit, quia Petrus haber ius in specie eam vindicandi, quo iure non videatur priuandus ob necessitatem possidentis, cum ipse ea quæ indiget, & possesso iniusta non debet raptori protende, & domino nocere, & hoc mihi probabilius videtur, si vierque creditor, & debitor in necessitate concurrant, neque prius debitor, quam creditor, consentit. Vaquer de elemosyna. cap. 1. dub. 5. num. 71. eto censem satis probablem oppositionem, quo affirmat Lessius lib. 2. cap. 16. dub. 1. num. 13. & Coninch. disp. 27. dub. 10. n. 171. Qui mouentur ex eo, quod pro eo tempore cessat vis, & potest dominus iure gentium introducta; & res sunt quadrum solum primi capientis, & possidentis. Sed responderi potest hoc esse verum, si capiat, si possideat iuste: at capiens, & possidentis per furum non capit, neque possidet iuste, neque tollit domini possessionem. Necessitas autem superueniens non potest facere, ut iuste possideat, si simul cum necessitate dominus concurrat. Ergo.

## P V N C T Y M X.

An consumens rem alienam in necessitate, tenetis restituere, si ad pinguiorem venoris fortunam.

- 1 Ex quo pendeat resolutio huius difficultatis;
- 2 Si alienam habens ex contractu transferente dominum, tenueris secus si habebas alienum ex contractu non transferente dominum;
- 3 Si ex delicto alienum habebas, communior sententia docet te esse obligari restituere. Contrarium est satis probable.

**R**esolutio huius puncti pendet ex dictis punct. 4. vt bene aduerdit Coninch. disp[ositi]o[n]e 27. dub[ius] 16. & 16. concil. Valq[uam] op[s]it[u]m de elemos. dub[ius] 5. n. 67. hi enim austerius plutes esse calus, in quibus debebat duies gratis omnino, & sine obligatiōne elemosynam concedere, & plures e[st]o[n]t, in quibus poterat obligatiōne restituendi imponere. In ipsis ergo calibus, in quibus haec obligatiōni imponi potest, si rem accipias secreta, tene[re]s, cūm ad pinguiorem veneris fortuina[m], restituere, quia non potes alia via accipere, quam ipse tenuerit præstare. Neque præsumi potest nolle diutrem sibi rem restitui, cūm id velle possit.

<sup>2</sup> Difficilis ergo est, an si alienum rem ante necessitatem possidcas, & in necessitate constitutus illam confumas, excusebas a restituione, sicut si tunc accipiens rem illam confundaris? Quia in re certum est, si item possessam & tibi necessariam habebas ex contracta transferente dominum, qualis est mutuum, vel venditio, tenetis restituere, quia tunc non consumis alienum, sed proprium, & obligatio ex contractu reddende rem perleuerat. Coninch. *disput.* 27. *dub.* 10. n. 16. Valsquez de eleemosyna, *capite 1. dub.* 8. Bonacina *disput.* 3. *quesit. 4. de charitate*, *punct. 6. num. 16.* & alij apud ipsum. Si autem ex contractu non transferente dominum habebas, verbi gratia, ex commissario, vel deposito, censeo probabilius te non esse obligatum restituere, quia nec restituere teneris ex re accepta, cum nihil illius suspergit, ut suppono, neque ex iniusta acceptione, cum nulla fuerit, neque etiam ex contractu prius facto, hinc enim solidum obligare potest ad reddendum rem, quando culpa depositarii perit. Fecis si absque illius culpa, ut in presenti contingit, & ita tradunt plures relati ab Azorio *lib. 12. c. 8. quesit. 7.* Torres *disput.* 82. *dub.* 7. ad finem, quibus accedit Petri. Nauar. *lib. 4. de restitu. c. 4. n. 26.* Bonacina *disput.* 3. *quesit. 4. punct. 6. num. 26.* Lessius *lib. 2. c. 16. dub. 1. num. 5.*

3. Quod si rem alienam tibi necessariam habes ex delicto  
furti, vel rapini; communior sententia tenet obligatum esse  
transfacta necessitate similem restituere, quia est licet illam  
confusas in necessitate; ut obligatio ante necessitatem contracta  
est in iusta acceptance non petitur, sed suspenditur, sic. Valquez lib.  
dub. 8. fin., num. 68. affirmans neminem contradicare. Bonacina  
dict. num. 16. Petrus Lora dis. p. 38. num. 14. & alij plures apud  
ipso. Ratio est, quia ad subleuandam necessitatem ipsum nos non  
debitum extinguimus, sufficit eius restituitionem impetrare. Verum  
contrarium cœlulo satis probabiliter, & forte probabilius dici  
posse, cum Petrus Nagaru. lib. 4. cap. 4. num. 24. & 25. Coninclus  
al. p. 27. dub. 10. num. 66. quia sic confusum tem videtur fati-  
facere obligationi restituendi ante ea contractæ, cum tem confusa-  
mus, si enim dominus teneat vello confusum, si apud ipsum statet.  
Et confirmo. Ab onore restituendi tem, liberatur iniquus de-  
tentor, si absque eius culpa perit res furtu ablatâ, eodem modo  
apud dominum existens perturba, vt bene probat Lebar. lib. 2.  
cap. 12. dub. 15. Atqui si res illa a ipso dominum exiliceret, eodem  
modo periret, ac perit apud se iniquum detentorem, cum ipso  
dominus teneretur tibi in necessitate extrema existentia donare.  
Ergo.

P V N C T V M X I.

Vtrum existens in necessitate, tenearis tem alienari  
restituere creditoris, necessitate simili laboran-  
ti, vel possis restitutionem  
omittere.

- 7 Non teneris si alienum retines ex contrario.
  - 2 Si retines ex delicto, neque res existit in specie, non teneris.
  - 3 Secus, si res aliena in propria existit specie.
  - 4 Idem quod dictum est de tua necessitate, dicendum est de necessitate illorum, qui tibi in primo gradu coniuncti sunt.

**D**upliciter rem alienam retinere potes, vel ex contractu, vel ex delicto. Si habes ex contractu, probabilitus censu non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate te non esse obligatum restituere; quia in pari causa melior est conditio possidentis, quod est manifestum, si habes rem ex depositu, precati, commodari, quibus dominium non transfertur, neque finitum est tempus contractus, est probabilitus, quia licet dominium apud te non sit, est tamen iusta pollescio, & viuis pro eo tempore. Ergo potes te, rurisque editiori preferre, sic Vasquez in opus de eleemos. l. dub. 9. n. 7. Bonacina dicta 2. a. 4. de charit. bunt. 6. n. 2.

mo. 1. Si autem ex delicto debeat, distinguendum est, vel res debita existit in specie, vel non; si non existit, non tenetis tunc cum equali tua iactura restituendum facere, quia & dominium, & possessio tui fauere, nec potes uti nomine alienum, sed proprium cum obligatione reddendis laborum; quia obligatio ob necessitate suspenditur. Quod non habent exigitum verum in extrema necessitate, sed etiam in gravius enim necessitas excedendo, quo extrema facit omnia communias sic Lessius lib. 2. c. 16.

dub.1.num. 20. Limita, nisi causa fueris necessitatis creditori  
quia tunc debes cum iactura propria æqualem creditoris reparare,  
quia est melior illius conditio. sic Bonacina disp. 3. q. 4 de châ-  
ritate punct. 6.n.14.

Si vero res debita ex delicto in propria existit specie, placet  
mihi sententia Vasquez de eleemosyna, cap. 1. dub. 9. num. 70. & 71.  
& Lorca 2. 2. dicitur, 38. num. 10. Nauart. cap. 17. num. 60. te eis  
obligatum restituere creditori, si creditor prius actus, vel eodem  
tempore in necessitatem incidit, non est requiri ob viaripatam  
possessionem ita velle creditori, nisi necessitate laborant pra-  
ferre. Si autem tu prius in necessitatem incidisti, quia ratione ne-  
cessitatis possides remiseu rei vium iuste illam possessionem con-  
tinuare censeris, quando alius in necessitatem incidit, & obinde a  
restituzione excusat.

4 Quæ dicta sunt de tua propria necessitate, dicendum est de necessitate parentis, aut filiorum, vxoris, iñmo & fratrum: ius enim fauendi sis tibi ita coniunctius praferendum videtur creditori sic pluribus relatibus Bonacina dñs. 3. q. 4 de charitate, punt. 6. n. 14. quamvis Vasquez de elemosyna, c. 1. dub. 9. n. 74. in fratre licet, cui creditorem existimat esse praferendum.

P Y N C T V M XII.

**Ez quibus bonis facienda est eleemosyna.**

1. Facienda est ex propriis in casu graui, & extrema necessitate, ex alieno quando patiens necessitate habet ius surripendi.
  2. Quid dicendum de bonis à communitate possit. Quia ratione illius facienda sit elemosyna ab hominibus illius communata.
  3. Quid illicitè, & turpiter acquisitis.

**F**aciendam esse eleemosynam ex propriis, & quotum habes  
Administrationem, & non ex alienis nemini est dubium.  
Non enim iniustitia committenda est, vt charitati subuenias, vt  
recte docuit Augustinus in lib. 50. homil. homil. 7. relatus in cap.  
foris 14. queſt. 5. Soltim causa extremitatis necessitatis excipitur, ad  
eius medium aliena accipere potes, si alia via requiri prouidetur.  
In eatu gravis necessitatibus solitum hec habent locum, quando vir-  
ge preceptum eleemosynæ, & ipse patiens necessitate illam  
ab initio accipere poterat. Valquez de eleemos. c. 2. dub. 2.

Ex his infertur, quid dicendum sit de bonis, quae ab aliqua  
communitate possidentur? Dupliciter enim possideri possunt, vel  
collegialiter, vel particulariter: collegialiter possidentur, cum non  
in singulis diuiduntur, sed à communitate, vel eius, qui illius cu-  
ram gerit, dispensantur. Particulariter possidentur, cùm in singu-  
los distribuenda sunt, singulique illius communisatis ius habeant,  
vt fibi signata portio detur. Si bona collegialiter possidentur, po-  
tent communitas, seu maior illius pars, vel qui illius curam gerit,  
facie eas elemosynas, quæ recte gubernationis illius communisati  
expedit vise fuerint cap. cùm in cunctis, de ha. quia sunt à  
majori parte capituli. At si bona particulariter possidentur, ne-  
cessario requiritur conuersus omnium illius communisatis, vt  
elemosyna concedatur, quia cùm ad quemlibet sua pars per-  
neat, nequic sine eius conuersu defraudari, colligit ur ex cap. cum  
omnes, de constitutionibus, scilicet Ioann. Medina de elemosynâ cap. 4.  
Valent. 2.2. disp. 9. q. 5. punct. 5. verit. secundò. Vaquez in opu. culte  
elemosyna, 4.6. n.2. vbi subdit cum Ioan. Medin. quiam portio  
narij non habeant vocem in Capitulo, si bona eroganda in ele-  
mosynas in illos effent diuidenda, nequamque sine illorum con-  
senfu posse erogari. At credo in hac parte consuetudin eis stan-  
dum: cedunt enim portionarij huic iuri, cùm Ecclesiam ingre-  
diuntur, in qua non habent vocem in Capitulo, vt possit Capitu-  
lum ex bonis communibus, ad ipsosque partimentibus elemosy-  
nas facere, prout recte gubernationis expedite vise fuerit. Alias  
debetur Capitulum explorare consensum non solum praen-  
tium, sed absensium, vt aliquam elemosynam faceret, quod est  
contum clum receptum.

3 Secundo infurter, quid dicendum sit de illicite, & turpiter acquisicis, an possit facere eleemosynam? Pro cuius decisione, suppono dupliciter te posse rem alienam illicite acquirere. Primum visura, furo, & rapina. Secundum præmio & mercede aliquius illicita actionis, scilicet fornicationis, occisionis, iniustæ sententiae, beneficij. Ecce haec etiam collationis. Si furo, visura, & rapina res acquisita est, & in specie existit, extra supradictum casum extremum, vel graui necessitatibus non potes eleemosynam facere, sed debes dominio restituere. Secus verò, si iam non existit in specie, neque ex eleemosyna impotens redderis ad restitutionem faciendam, quia tunc ex propriis eleemosynam facis, abique damno creditoris. Valueris c. 2. de eleemosyna, dub. vlt. Suarez dis. 7. f. 2. de charitate, n. 6. q. 9. Si autem impotens redderis ad restitutionem, claram est te non posse eleemosynam facere. Dubium tamen non lenore est, an recipiens tenerat, si mala fide acceptisti, credens dampnum redditum auctoritatem ad restituendum. Et quidem tenerat, quia cooperatis damno creditoris; usque debitorum deteriorando. Si bona fide recipisti, & confusimputasti, non videris tenerat, quia nec ratione recte acceptata, quae non existit, nec ratione iustæ acceptio, quae nulla

nulla fuit teneris. Si autem res accepta consumpta non est, aut si consumpta est, dicitur es factus, ob cuius causam in aquivalenti perfuerat, alicui videberis esse obligatus, quia res illa obligata est creditori, neque cum illius damno tibi donari poterat. Ergo potest a creditori vindicari. Ergo tu teneris creditoris reddere. Et confirmo. Si à principio rem accepis, credens dampnum impotenter reddi ad restituendum, et si iniusta accepisti, obligatus esles creditori reddere. Ergo etiam es obligatus, cùm illam retines, & scis ex illius retentione creditori dampnum parati. Et hoc mihi dicendum videtur cum Suarez disp. 27. scđ. 2. de charitate, num. 10. Quamvis non carere difficultatem, cùm bona specialiter obligata non accepisti; quia tunc tota obligatio debitoris esse videtur personalis, cui ipse satisfacere tenetur ex bonis, qua habet, neque bona ipsius postquam sunt alienata, videntur cum illo onere transire, alias vindicati possent. Quid si prius, & mercede aliquius illicita actionis iam executae acquisitum sit poteris ex illis eleemosynam facere, quia dominum illos acquisivisti, neque teneris danti restituere. Non enim tenetur materix premium sui corporis, neque iudex premium iniquae sententie restituere dani, postquam materix sui corporis copiam fecit, & iudex iniquam sententiam tulit. Egidius Coninch. disput. 7. dub. 12. num. 210. Lessius lib. 2. cap. 14. dub. 8. Escipio simoniacè acquista ob beneficium, quæ restituenda fuit. Ecclesiastice ante iudicis sententiam, ut in disputatione de simonia dicimus.

## P N C T Y M XIII.

## Qui eleemosynam facere possint.

- 1 De quibus personis sit controversia.
- 2 Seruus mancipium non potest facere eleemosynam, nisi ex consensu domini, censetur dominum consenseris si sibi ex affigatis ad sustentationem subtrahat, ut expendat.
- 3 Enumerantur plures alij, casus in quibus seruus dominum bonorum acquirit, & illorum eleemosynam facere potest.
- 4 Quid dicitur de seruus mancipio, dicendum est de famulis.
- 5 Prodigus magnam eleemosynam non potest, bene parvum & suo statu convenientem.
- 6 Minor & pupilli similiter absque ratione, vel curatoris consensu possunt magnam eleemosynam facere. At si faciant, fiduciam teneri, quoniamque repetatur.
- 7 Tutori, & curatores ex bonis illorum quorum habent curam, moderatas eleemosynas facere possunt.
- 8 Filii familiæ, etiam si probes sit, ex bonis profectissimis, aut aduenientiis, non potest facere eleemosynam, nisi quatenus parvus presumat conseruans, secus de bonis castrofibus.
- 9 Religiosi superior eleemosyna facere potest ex bonis, que decentri sustentationi religiosorum superuent. Alij vero religiosi soli ex præsumptio superioris consensi.
- 10 Ex bonis propriis eleemosynam facere potest, & que hec sint, si Secus de date, & bona communibus, absque mariti consenserit.
- 11 Limitatur doctrina, ne procedat in eleemosynis parvus, & que aliezenaria sua qualitas facere solent.
- 12 Item cum maritus est amens, vel absens.
- 13 Deinde cum sit eleemosyna ad auerendum malum, vel impedendum bonum, sed prudenter est concedendum.
- 14 Tandem, ut non procedat si parentes, vel filii ex priori matrimonio indigent.
- 15 Debet visor computare in sua parte, dissoluto matrimonio, quæ sit delit.
- 16 Successore indigeni eleemosyna confidente in actionibus necessariis, quilibet potest.
- 17 De quibus bonis quis disponere potest si habet ascendentem, vel descendentes.
- 18 Eleemosynas moderatas non tenetur quis computare in quinta, vel sexta parte bonorum, secus excedentes.

**C**VM eleemosyna liberalis quedam donatio sit, dominium, que transferat in accipiente: clarum est, extra calum necessitatis fieri non posse ab alio, quam à domino res donata, liber illius administrationem habente, nisi ex præsumpta dominii voluntate. Hinc oritur difficultas de seruis, & famulis, de filiis familiæ, & pupillis, de prodigo sub curatore constitutis, de religiosis, & ex ore, qui ratione eleemosynas aliquas facere possint, cùm non habeant bona propria, vel si illa habeant, non liberam illorum administrationem?

**E**t primo videndum est de seruis, & famulis. De quibus recepta est omnium sententia, seruum mancipium non habete bonorum dominium, sed esse apud dominum, cuius ipse est seruus, habetur exprestus. Institutus, per quia personis, & item nobis, leg. placeat, si de acquirentia hereditate, leg. id vestimentum, ff. de peccatis, & cap. 1. olim de priuilegiis, leg. 7. tit. 21. part. 4. Ratio colligitur ex supradicta lege, id vestimentum. Si enim seruus domini sit, & a domino possidetur. Ergo bona ipsius serui domini sunt, & ver. de Castro Sam. Mor. Pars. I.

à domino possideri debent. Ex qua doctrina inferatur non posse seruum ullam eleemosynam facere, nisi ex consensu tacito, vel expresso domini. Dominus autem semper consenserit censetur in eleemosynam factum de pecunia, aut cibis in sustentationem serui designatis: designans enim pecuniam illam in sustentationem, totum illud dispositioni serui remittere videatur: Quare si seruus sibi aliquid subtrahit, ex illo eleemosynam facere potest.

**S**econdum facere eleemosynam potest ex peculio proprio, si habeat: habere autem illud potest. Primum, si ab aliis sibi donatum est, ea conditione tacita, vel expressa, ne in potestate domini deueniat. Quod contingit, cùm seruo datum in gratitudinem aliquius obsequij, abque praedium domini facti. Secundum, si ab ipso habito concessum est vel gratis, vel in preium aliquius extraordinarij laboris. Tertium, si in compensationem iniurie factæ ei donatum est. Quartum, si pecunia sic accepta aliquid acquisitur. Ex his enim bonis eleemosynam facere potest pro libito: tum quia multorum sententia est, perfectum habere illorum bonorum dominium, & administrationem, neque posse à domino absque iniustitia impediri, quia leges decernentes seruum non posse sibi, sed domino acquirere, non sunt cùm eo rigore receperat: alij nunquam se posset seruus redimere, neque contra dominum actionem habere, neque cum eo contrahere, contra l. vix. 53. ff. da indic. Addicto in supradictis casibus non habere seruos illorum bonorum dominium negari non potest habere administrationem, quam saltem ex fidelitate inpedire non potest dominus, ac proinde eleemosynam pro libito facere ex illis potest, sic Egidius de Coninch. dub. 5. n. 46. Suarez disp. 7. scđ. 2. n. 2.

**I**dem quod dictum est de seruus mancipiis, dicendum est de famulis, facere, inquam, posse eleemosynam ex bonis propriis, secus ex bonis dominiorum, nisi rationabiliter præsumant datum habituos, sic Coninch. suprà. n. 10.

**P**rodigus, cui status est curator, & bonorum administrationis est interdicta, nequaquam potest facere eleemosynam magnum: constat ex 1. 2. ff. de curatori. furio, parvus autem eleemosynam, & suo statu convenientes facere potest, quia in iis non videat sibi praedicare, neque officium curatoris eludere.

**M**inot, & pupilli eadem ratione non poterunt absque tutorum, vel curatorum consensu magnam, & excedentem eleemosynam facere, quia non habent expeditem suorum bonorum administrationem. At poterunt eas eleemosynas facere, quas alij ciuidem conditionis facere solent: quia in iis faciendis tutor, vel curator consenserit, sic Coninch. disp. 27. dub. 5. n. 61. Quid si de facto aliquam grauem, & magnam eleemosynam faciant, factum tenebit, neque obligatus est recipiens reddere, quoque repetatur a curatore, vel à minore perente refutacionem in integrum: quia sunt accepta à vero domino, sic Molin. tract. 2. disp. 27. num. 2. Sanchez piues referens lib. 6. disp. 38. num. 1. Anton. Gomez 2. variarum, cap. 14. Lessius lib. 2. cap. 18. num. 81.

**T**utori, & curatores, & omnes illi, quibus alienorū bonorum cura demandata est, possunt moderatas eleemosynas facere; quia id pertinet ad rectam bonorum administrationem, quia illis commissa est, & in bonum pupilli, & minoris cedunt, ipique contentire tenentur, sic Azor. 2. lib. 12. cap. 10. q. 1. Lorca 2. 2. disp. 40. memb. 1. Vasquez opusc. de eleemos. c. 4. n. 2. Banac. disp. 3. q. 4. de charit. p. 6. n. 26.

**F**iliis familiæ etiam si impubes sit, non potest ex bonis profectiis, aut aduentiis eleemosynam facere, nisi quatenus presumunt patres conseruans: quia horum bonorum dominium, vel saltem vlos fructus apud patrem residet. Praesumitur autem pater consentire, si ex datis sibi ad congruam sustentationem honestane recreatione aliquid subtrahat, vt in eleemosynam expandat, sic Coninch. disp. 27. dub. 5. num. 58. Valquez cap. 4. de eleemos. num. 3. De bonis autem castris, aut quasi, poterunt, quas voluerint, eleemosynas facere, quia plena corum administratio illi competit, quod intelligendum esse dicit Coninch. de filiis pauperibus, nam si impubescunt, existimat non esse facile permittendum date magnas eleemosynas ob iudicij imbecillitatem, argum. leg. fin. C. de teftam milit. vbi denegatur potestas restandi tribuno militi etiam de bonis castris, eo quod stabilem mentem nondum sit adeptus. sed, vt bene aduerit Lessius lib. 2. cap. 18. dub. 11. num. 78. supradicta lux solidum locum habere potest in testamento, vel in donatione facta extraneo, non tamen ad causas pias, qualis est eleemosyna; si tamen haec eleemosyna in dānum graue ipsius filiis familiæ cedant, poterit petere restitucionem in integrum, & illas non vt eleemosynas, sed vt donations prodigas reuocare, Lessius lib. 2. cap. 17. dub. 9.

**R**eligiosi superiori, cui bonorum conuentus administrationis commissa est, aliquas eleemosynas facere potest ex his, que decentri subditorum sustentationi superunt: quia in iis conuentus consenserit debet, & ad rectam illius administrationem pertinet. Item, solum prohibetur profanae donationes facere, ve consultat ex Bulla Clem. VIII. de largitione munierum, edita anno 1594, cuius meminit. Quaranta, verba largitio munierum pag. 361. Ergo donationes ad pias causas ei tacite conceduntur. Alij autem religiosi subditi nullas facere eleemosynas possunt, nisi ex cacoito, aut ex parte superioris consensi: censetur autem superior

O O 3 contentio

consentire aliquibus elemosynis religioso statui convenientibus, ex eis, quae cis ad viaticum, vel congruam sustentationem extra monasterium existentibus conceduntur, quia datur illis libera tunc illorum bonorum administratio, sic ex omnium sententia Suar. disp. 7. sect. 2. n. 3. Vaquez de elemos. c. 4. n. 3. Rarò tamen præsumitur consentire, ut existentes in monasterio elemosynam faciant ex iis, que sibi ad viatum apponuntur, quia obstat hac dispositione recte domus gubernationis: sic Lorca 2.2. disp. 3. sect. 36. n. 6. Torres disp. 84. dub. 2. Coninch. disp. 27. dub. 5. n. 47. Lessius lib. 2. c. 18. dub. 11. n. 83.

10 Restat dicendum de vxore, de qua duo sunt certa. Primum certum est vxore habentem aliquam bona, quorum dominium, & administratio ipsi competit, posse de illis disponere, prout voluerit. Haec bona sunt, si quae ad matrimonium tulit præter domum, quæque vocantur bona paraphernalia. Item si quae labore suo, & industria lucrata est, ad quem laborem ipsa non tenetur, cum ( ut suppono ) sufficiens dotem attulerit pro oneribus matrimonii. Tertius, si ex assignatis à marito in sustentationem aliquid subrabit, qui videtur illud suo labore esse acquisitum, vel ex consensu tacito viri disponi, sic ex D. Thoma. Paludan. Nauarr. & alii docet. Nauarr. opus de elemos. c. 4. n. 4. & 6. Coninch. disp. 27. dub. 5. n. 91. Lessius lib. 2. c. 12. dub. 14. n. 84. Bonacina disp. 2. de restit. quaf. 10. punt. 2. & 9. verf. quart. Aduento tamen hoc verum est spectato iure communii. Nam in Hispania aliter est dicendum, cum non solum dotis, sed etiam paraphernalium bonorum administratio ad maritum pertinet, & omnia lucra constante matrimonio communia sunt viri conjugi, sic Valsq. suprà. Probabile tamen est hanc dispositionem regiam locum habere locum in uxore nuptiis iam celebratis, vel in sponsis matrimonio consummato, secus in sponsis etiam de praesenti nondum cognitis, nec traductis ad dominum. Couarr. 2. p. Acrec. c. 7. §. 1. n. 4. Valent. 2.2. disp. 3. q. 9. p. 6. f. 6.

11 Secundo certum est apud omnes vxorem non posse desdotare, nec de bonis communis elemosynæ facere abique viri consensu, quia esto habeat illius dominium, non tamen habet administrationem.

12 Hoc tamen limitandum est. Primum, ut non procedat de elemosynis parvis, quas alia feminis sue qualitatibus facere solent: nam has posse vxorem facere fecerit omnes admittunt, quia in his consenserit debet vir ob consuetudinem receperit, & quia haec elemosyna largitio pertinet ad congruam, & decoram mulieris sustentationem, quam præstare vir tenetur, neque centendus est per absolutam prohibitionem has prohibere, sed solum magnam, & excessuum, sic ex Nauarr. August. & Sylvest. docet Suar. disp. 7. sect. 2. n. 5. Vaquez de elemos. c. 4. n. 6. Coninch. disp. 27. dub. 5. n. 52. Lessius lib. 2. c. 42. dub. 14. n. 85. Bonacina disp. 2. q. 10. de restit. part. 2. n. 6.

13 Secundum limitant aliqui, ne procedat, cum maritus est diu absens, vel amens, quia tunc competit vxori bonorum administratio, ac proinde elemosynarum elargitio, sic Nauarr. summa. 17. n. 154. Vaquez n. 6. Coninch. suprà. Sed subdit Nauarr. non debete excedere quantitatem, quæ à marito sui compote, vel praesente datur. At Lessius lib. 2. c. 12. dub. 14. n. 86. cum Palud. Sylvest. & Angel. & Coninch. suprà. Bonacina n. 9. verf. quind. doctrinam firmant fine hac limitatione, sed ab solute dicunt eas elemosynas facere posse, que sibi regulante prudentia vila fuerint conuenientiae. At mihi dicendum videtur cum Vaquez doctrinam Nauari veram esse in casu absentie mariti, doctrinam Lessij, Paludani, & aliorum in causa amentiarum: quia in causa absentie mariti, est à marito vxori administratio, & nomine mariti administratur, ipse enim est, qui administrationem retinet, licet illam ob absentiam exercera non possit: non igitur vxor alio modo administrare potest, quia sibi à marito fuerit praescriptum, vel quem intelligit marito placitum esse. At in causa amictiae, cum ipsa sit à iure simpliciter administratrix, poterit, prout prudentia dictabit, elemosynas facere.

14 Tertius limitant, ut non procedat, si elemosynas faciat ad auerendum malum aliquod temporale, vel spirituale sibi, vel marito imminentem, imperrandumque à Deo, cui suorumque conuersionem. Quia licet in iis maritus non consentiat, consenserit debet, quia viuere eius gerit negorium, sic Lessius lib. 2. c. 12. dub. 24. n. 85. verf. sexi. Suarez disp. 7. sect. 2. n. 5. Nauarr. c. 17. n. 153. Vaquez in opus de elemos. c. 4. n. 5. Bonacina disp. 2. de restit. q. 10. p. 2. n. 9. verf. tertio, & facit exemplum Abigail 1. Reg. 25. que laudabiliter munera obulsi David, ne in causa maritum amplius lassuerit. Hac tamen limitatio sic absolute sumpta mihi nullo modo probatur, quia aperit viam vxori omnia bona liberè expendendi in pauperes purantes id sibi licet, ut à Deo impetraret gratiam, ne maritus vitiosus & in honestus sit. Quocirca, ut bene dicit Coninch. disp. 27. dub. 5. n. 56. solum in causa aliquo raro id est permittere. Neque exemplum Abigail viger, quia tunc donatio illa suis necessariis medium ad temperandam iram David. At elemosynæ regulariter non est medium vacuum, & efficax ad temperandam peccatoris conuersionem, cum orationibus, ieiuniis, & sacramentorum receptione id obtineri possit.

15 Quartus limitant, & bene, ut non procedat, cum maritus bona dissipat loeo frequenter, comparationibus, luxuris, & similibus; non enim vxori partem sibi contingentem luxurie posset,

ut se indemna seruer, & ex illa elemosynas, facere, quantum decens sua familiæ sustentatio permiserit: quia maritus non est concessa bonorum communium dissipatio, sed ministratio, de cuius essentia est, ut cedat in se administrare commodum. Cum ergo tunc ipse maritus non administreret, sed dissipet, porceret vxor partem, que sibi contingit, accipere administrandam, neque tenetur in dissipationem consentire, sic Lessius lib. 2. c. 12. dub. 14. n. 87. Coninch. disp. 27. dub. 5. n. 8. Bonacina disp. 2. de restit. q. 10. p. 9. verf. sexi.

16 Quintus limitant, ut non procedat, si patentes eius, vel filii ex priori matrimonio habiti paciantur necessitatem, neque effeat bona propria, ex quibus illis prouideri possit, poterit tunc ex bonis communibus petita prius à marito licentia: quia aquum non est eius bona accipere, ipso renuere, si ipso consentiente accipi possunt. Credetur rarer non pecare mortaliter, etiam si haec licentiam petere omitterat, quia vir non est, neque effeat iniurias in tali elemosyna: siquidem negara licentia poterit vxori clavis surripere, ut obligacionem naturalem alendi sibi conuenientem exequatur, sic Lessius n. 78. Bonacina n. 9. Nauarr. lib. 2. de restit. c. 1. n. 161. Quam doctrinam extendunt superadiuti Doctors ad fratres ob naturalem coniunctionem; spectat enim ad decentem vxoris statum, ipsi si que honorem, ne fratres suos portentur egere, cum bona habeat, ex quibus possit succurrere, fauicte. I. m. 74. 8. 1. ff. ds. iure domini, ibi, manente matrimonio non perditura vxori ob has causas dos reddi potest, ut se subiqueat alat, ut fundum idoneum emat, ut in exilium, vel in infamul relegato parenti præferat alimoniam, ut egeat virum, fratrem, sororem sufficiat.

17 Debet tamen vxor, quæ sic dederit, computata in sua parte, quando dissoluto matrimonio ad partitionem venerit cum vii hereditibus; quia non est aquum, ut ex alieno consanguineis incurrit, cum habet propria, sic Lessius & Bonacina suprà.

18 Tandem aduerto sermonem hucque effe de elemosyna, quia fit per pecuniam, aut simile. Nam si de elemosyna in actionibus humanis consistente loquamus, certum est, vxorem, filium, familias, religiosum, seruum posse libere illam prestare, dummodo nihil deroget imperio illorum, quibus subditur, sic Vaquez disp. 7. sect. 2. n. 2.

19 Sed inquires, an elemosyna coniugum computanda sit in parte, de qua possunt liberè disponere?

Spectato iure regio Castellie nullus, qui legitimos descendentes habeat, potest ultra tantum bonorum partem aliis extraneis liberaliter donare. I. 10. Tauri, que est I. 13. iii. 9. lib. 5. compilat. tamen caret filii, & habet parentes, solum de tercia disponere potest. I. 6. Tauri, hodie I. 1. iii. 8. lib. 5. compilat. Dubium ergo est, addebeat elemosyna cum vii facte computari in hac tercia, vel quinta parte; ita ut si excedant, non possit quis amplius disponere, sicut computarunt in morte?

20 Breuiter respondeo ( latius tractandum in materia de donationibus ) si elemosyna excessiva grauitate non appareat, sed potius prudentis arbitrio videantur moderatae, & convenientes conditioni, qualitati donantis, cùsque possibilitate nequaquam computanda sunt, in quinta, vel tercia bonorum parte, de quibus liberè potest disponere, sed ex toto accrue possibilis debet, sunt, tanquam ea, quæ rigorante ostendit ratio, etiam elemosyna elargitio ad rectam domus gubernationem, decentemque sustentationem donantis pertinet, quæ ratio est, cum elemosyna sunt excessiva. Præterea excessiva elemosyna defraudari heredes possunt omni sua hereditate, secus elemosynas moderatas, sic docent Molin. tom. 2. tract. 2. disp. 28. §. dubium est. Thomas Sanchez alios referens lib. 6. de matrimonio. disp. 5. n. 6. & 11.

#### P Y N C T U M X I V .

Quibus danda sit elemosyna.

1. Facienda est indigenti, modo non foveat eius iniuriam.
2. Vagabundis non est facienda elemosyna, nisi cruentus indigent.
3. Simulato pauperi vera est elemosyna, quæ affirmatur.
4. Ex hac doctrina inferunt non est obligatum restituere, tametsi obligatum sit deceptionem tollere.
5. Probabilitas est nullam esse elemosynam si sit pauperi concessum, ipsiusque obligatum esse restituere.
6. Satagit fundum num. 3. additio.
7. Facienda est restitutio domino, vel veris pauperibus.
8. Quibus pauperibus distribuenda est elemosyna, cum à testatore mandatum est in pauperes distribuiri, & quidam de filio spacio testatoria.
9. Vai tacitum non potest integræ elemosyna distribuenda in pauperes concedi, neque alius pauperibus à designato.
10. Executor potest suis consanguineis pauperibus elemosynam in pauperes determinates distribuendam concedere, fraudando cessante.

1. Constat apud omnes dandam esse pauperi indigentem, siue iustus sit, siue iniustus, siue amicus, siue inimicus, modo

modo non credatur iniuriam, & iniuriam de elemosyna  
fondam esse, quia tunc nullo modo facienda est illi elemosyna  
ut dicit Augustinus epif. 48. ad Vincenitum Donatissam, pau-  
lo post initium, vitilis elutienti panis tollitur, si de cibo securus  
iustitia negligebat, quoniam elutienti panis frangitur, si iniustitia  
foducus acquisiebat, & tradit Vasquez opuscul. de elemosyna,  
cap. dub. 4. num. 9. Medin. C. de elemos. cap. 7. Coninch. disp.  
27. dub. 6. numero 70. quia anima, pluquam corpus diligen-  
da est.

2 Ex his inferunt patientibus necessitatem non ob amorem  
virtutis, sed ob oxum, tediumque laboris, quales sunt vagabundi,  
quique regulariter virtus pleni sunt: non debet elemo-  
syna concedi, quia sic fouetur eorum malitia. Sotus in liberat.  
cau pauper. cap. 3. Lorca 22. se 7.3. disput. 37. num. 10. Vasquez  
cau pauper. cap. 2. dub. 1. Coninch. disp. 27. dub. 6. n. 69. &  
prob. auctor. de quest. collat. 6. & l. i. 3. & 6. lib. 6. noua  
empliatio. Excipe, nisi in grauem necessitatem incident, &  
elemosyna sic data credetur ad meliorem frugem esse reducen-  
dus, quia in tali casu prodest elemosyna corpori, & anima, si  
Coninch. Lorca, & alij supr. Qui bene adiuvant, pauperes  
nobis occurrentes non esse facile huius qualitatis presumendos:  
sicut enim illius iniuria manifera, si abique sufficiente funda-  
mento purarent orio corpentes, & laboris radio elemosynam  
expollunt: portus enim credendum est ex necessitate, vel amo-  
rit utrumque sic viximus querere.

3 Difficilis est, an elemosyna data pauperi simulata, domi-  
nium in illum transferat? Affirmat Leffius, 2. de iust. i. 18.  
dub. 1. in fine, num. 132. Egid. de Coninch. disp. 27. dub. 6. cum  
Soto lib. 9. de iust. quest. 7. art. 3. sub finem. Mouentur, quia si  
error non procedit circa substantiam actus, sed circa accidentia,  
non reddit actu ipso iure iriticum, sed solum iriticandum oro volun-  
tate decepti. Sed talis videtur esse huicmodi error, quia sub-  
stantia elemosyna non petit paupertatem veram, sed sufficit  
eximata; quia non minus apud Deum valet donatio facta vero  
pauperi, quam ficto, si fictio prout ignoratur. Et confirmatur  
quia alias donatione facta paupertatem simulanci est nulla, si do-  
natur non esset; si simulationem cognoscere: & matrimonium  
cum ignobilis, & paupere contractum invalidum est, si  
eximatas nobilium esse diuiciem, & beneficij collatio facta  
ignorari, & moribus depravatis, nulla esset, si existimabas esse  
dilectum, & probum: quia omnia videntur difficilia. Ergo di-  
cendum est absolute illum donationem validam esse.

4 Hinc inferunt Coninch. & Leffius sic elemosynam acci-  
pientem non esse obligatum directe eam restituere, quia illius  
liber dominum obligatum tamen esse deceptionem tollere, quia  
iustitia alium decepit, & ad sibi donandum per fraudem induxit;  
rebus decepti. Quod si noluerit hinc obligati-  
onem satisfacere, debet reddere acceptum. Si tamen frus-  
tanti manifestari non potest, neque acceptum restituere, poterit  
accipiens retinere, neque in pauperes obligatus est expenderere;  
quia pauperes nullum ius acquisierunt. Sotus vero absolute af-  
firmat nullum esse accipiente restitutionis obligacionem in qua  
causa finalis illius donationis, que fuit charitas Dei, verè exitit,  
etiam si impulsu defecit deficientem vetia pauperate in acci-  
piente elemosynam.

5 Nihilominus dicendum est elemosynam datam facta pau-  
peri nullam esse, & obligatum esse accipientem restituere sic  
acceptum sic Nauarr. cap. 17. n. 107. Medin. Cod. de rest. quest.  
24. Adrian. in 4. tractat. de rest. quest. que incipit. Consequen-  
ter que, virum indistincte tenet homo quidquid simulatione,  
Sotus. dub. in 15. quest. 2. art. 1. Angel. Verbo restitutio. 1. ver-  
bo turpe lacrum. §. 3. Catenarius in suum. verbo restitutio, cap. vlt.  
cau 1. Valquez de elemosyna cap. 3. dub. vlt. num. 12. & 15. & alij.  
Ratio est: quia error hic commisus, est substantia, & reddit  
actum quad substantiam incoluntur. Ergo nullum. Antecep-  
dens probro. Quia elemosyna essentialiter respicit misericordiam  
reputationem. Ergo si nulla est miseria, quia relevetur, nulla esse po-  
test elemosyna. Neque obstat quod Deum habere illum dona-  
tionem elemosyna meritum: quia ad hunc finem sufficit esse  
existimatam misericordiam, quia Deus solum intentionem donantis  
spectat: at in re non est illi donatio vera elemosyna, cum in re  
non sit vila misericordia relevatio. Quod exemplo adorantis hostiam  
non consecratam existimando esse consecratam illustri potest:  
ille enim extermus cultus meritorum adorationis, & religionis ha-  
bet: in re tamen non est vera religio, cum nihil sit in illa hostia  
religione dignum.

6 Ex his diffoluitur concursum fundamentum. Ad confirma-  
tionem nego simulationem sanctitatis reddere elemosynam nullam,  
quia sanctitas non pertinet ad elemosynam substantiam,  
sicut pertinet paupertas. Et idem est de matrimonio cum ignobilis,  
& paupere, quia non est conditio, cui de iure, aut ex natura  
rei contahens debet inniti, collatio autem beneficij facta  
ignoranti, vel improbo erit nulla, si ignorantia, aut improbitas  
tanta est, ut tollat a recipiente dignitatem, & sufficientiam; le-  
tus alter. Quocirca ut contractus nullus sit ob aliquam conditionem  
racitam vel falso expressam; videndum est, an sit con-  
ditio illa cui contrahens ininiti debet iure ipso. Nam si talis sit

redit donationem irritam, secus econtra. Hinc est collationem  
beneficij factam insufficiente, simulata sufficiente nullam esse, quia  
sufficientia est a iure requisita, ut valida sit. Secus vero, si se am-  
icum, consanguineum, aut pauperem simularer, & matrimonium  
liberae personae cum seruo ignorante servitute nullum est, quia est  
conditio a iure requisita, secus si ignoraretur esse pauper, nobilis  
aut moribus depravatis.

7 Cui autem facienda sit haec restitutio, variant supra dicti  
Doctores. Nauarrus, Catena, Medina exstimator pauperibus  
est facienda: quia sic executioni mandatur voluntas donantis:  
huc enim facit a se dominum abdicare, & pauperibus tribuere  
qua voluntas ob simulatum paupertatem non potuit obtinere  
effectum. Alij dicunt donanti debete restituere, praecipue si res sit  
magno momenti. scilicet sotus, & alijs. Existimo tamen eum  
Valquez illo cap. 3. dub. ultim. fine, num. 24, utique restituere posse &  
domino, & pauperibus, cui simulatus pauper voluerit. Domino,  
quia illius est: pauperibus, quia dum non constat voluntatem  
retractasse, censeatur perseverare in priori voluntate, que fuit  
velle tem illam a se abdicare, & pauperibus tribuere. Ergo pau-  
per factus reddens veris pauperibus, voluntatem domini exequi-  
tur, & iuxta eius beneplacitum de re disponit.

8 Secunda difficultas est, quibus pauperibus distribuenda  
elemosyna sit, cum quis a testatore porestatem habeat aliquam  
pecuniam in pauperes distribuendi. Certum est explorandum esse,  
quod fieri possit, voluntatem commitentis, quia nomine ipsius  
sit distributio, eius tamen voluntas presumitur esse, vi pauperes  
confanguei exteris preferantur, & inter exteris pauperiores &  
nobiores, qui chartari hac distributione conformior est. hic Au-  
gustinus Barbolus, part. de potestate Episcop. allegat. 83. num. 17. &  
18. Solidum ab hac regula videtur excipiendus filius spurius testa-  
toris, qui in distributione bonorum pauperibus relictorum eligi  
non potest ab executore. sic Menochius lib. 4. pref. imp. quest. 96.  
num. 13. Gutierrez prat. lib. 4. qua. 5. num. 22. & alij quos sequi-  
tur, & refert Barbolus dicta allegat. 83. num. 24. Quod intelligendu-  
m est, si ultra alimenta ei donentur. Nam alimenta ei debentur,  
& testator obligatus erat relinquere. Quapropter executor  
optime voluntatem testatoris in hac parte presumere potest,  
& debet: sic alii relatis docet Matrem. 7. glossa. 5. num. 3. tit. 8. lib. 5.  
recipiat.

9 Vni tantum integrum legatum non est concedendum, si in  
pauperes mandetur distribui: videtur enim pauperum communia  
i in iuris fieri. Menochius de presumpt. lib. 4. quest. 125. num.  
20. Cendo prat. & canon. quest. lib. 1. quest. 35. num. 15. Augustinus  
Barbolus supr. num. 18. Et ob eandem rationem, si determinatos  
pauperes testator elegerit, non poterit executor aliis donare,  
quia ius ex electione acquiruntur. Quid non solidum verum ha-  
bet, cum quilibet determinatus eligitur, sed cum eliguntur sub  
aliqua ratione communis, v.g. si eligantur pauperes aliquius ciuitatis,  
non poterit alius alterius ciuitatis distribuiri. Hinc est legatum  
factum pauperibus concurrentibus ad portam testatoris, non pos-  
se infirmis existentibus in hospitali distribuiri. sic Barbolus dicta  
alleg. 83. n. 20. cum Marc. Anton. Genuen. prat. Ecclesiast. quest.  
214. per istam & a fortiori legatum distribuendum pauperibus  
vetecundis ( vulgo en vergonfantes ) non poterit sis, qui ostiacion  
postulant, & multo minus mendicantes religiosis distribui.

10 An vero executor sibi, suisque confangueis distribuere  
legatum possit? Credo posse fraude omnino cessante. Gonzalez  
ad regal. 8. cancellaria. glossa. 2. num. 54. & 55. Augustinus Barbo-  
la; part. de potestate Episcop. allegat. 83. num. 22. & 23. Bonacina  
disput. 3. quest. 4. de charitate punct. 6. num. 27. Suarez disput. 7. de  
charitate fact. i. num. 9. Ratio est: quia si executor, eiusque confan-  
guinei vere indigent, vera pauperes sunt. Ergo elemosyna illis  
facta, pauperibus sit. Ergo iuxta voluntatem testatoris. Neque  
enim presumendum est testatorum voluntate concludere executo-  
rem ob executoris officium a iure sibi alia competentia ad ele-  
mosynam illam. Ne que obstat hunc executorem, si a Confessario  
ratio imponatur in plementiam, ut aliquid in pauperes distribuat,  
non posse satisfacere subveniendo sibi, eti posse satisfacere sub-  
veniendo consanguineis, quia ut bene dici: Suarez supr., est sub-  
venientio sibi facta contra intentionem Confessarij; eo quod non  
sit penalis, quia ad plementiam requiritur. At cum ex praefi-  
cto testatoris distribuenda elemosyna est per executorem, non  
mandatur executori elemosyna ipsi pccanal, sed elemosyna,

## P V N C T V M V L T.

## De elemosynarum questoribus.

- 1 Qui sunt elemosynarum questores.
- 2 Quia prohibeantur elemosynarum questoribus.
- 3 Religiosi mendicantes non possunt ab ordinariis locorum impedi-  
ri, ne pro suis convenientibus elemosynas petant.
- 4 Si nulla mercede accepta, neque indulgentia publicis elemo-  
synas petas in favorem aliquius p[ro] operis, non indiges licen-  
tia ordinarij.
- 5 Ipsi ordinarij potest tibi hanc petitionem prohibere, quo[rum]que  
potest nullum periculum subesse.

6 Episcopus non potest licentiam postulandi concedere si ex postulatione quae sum sibi queris postulans vel indulgentias publicat. Secus si probata vita sit, neque signa quaestoris gerit.

7 Quid Lusitanus, & Castella regno sancitum sit de his quaestoribus.

\* Episcopus in elemosynarum quaestores animaduertere potest, item si exempti sint.

1 **Q**uestores elemosynarum illi propriè dicuntur, qui elemosynas quæsum quæsum sibi querunt, ut tradit, ex Baldo consil. 27. volum. i. Barbola 3. part. de potestate Episcop. allegat. 109. num. 6. Quod duplicitur sit. Primo, si pio loco obligentur se daturam tantam quantitatè, modo illi concedatur integræ elemosyna, quam sperant consequi. Secundo, si plus locus obligetur dare aliquam mercedem pro elemosyna petitione.

2 Hi ergo elemosynarum quaestores, quia falsas reliquias, indulgentias, & facultates publicabant, indecentiae que viuebant cum non leui reipublica Christiana detrimento: ideo in cap. cùm ex eo, de penitent. & remissionib. & Clement. 2. eodem titulo, statutum est, abfie faciliat Sedis Apostolice, ut dicescani Episcopi hoc minus gerant, tunc ne aliud prædicent, nec populo proponant, præter id quod in supradicta facultate continetur quibus decretis inheret Tridentin. sess. 3. de reformatione. c. 24 in fine, statuit, ne quaestores elemosynarum, qui quaestuarii vulgo dicuntur, cuiuscumque conditionis existant, nullo modo nec per alium, prædicare præsumant, & contraria facientes ab Episcopis, & ordinariis locorum, priuilegiis quibuscumque non obstantibus, opportunis remedis omnino arceantur. At quia haec prohibitiō sufficiens non fuit, eorum malitia remedium posse retinet, sed potius magno fidelium scandalo quotidie augeatur, absque nulla spe emendationis, ideo Tridentin. sess. 21. cap. 9. de reformatione, statutum, ut posthac in quibuscumque Christianæ religionis locis coram nomine, atque plus vniuersi aboleatur, neque ad officium huiusmodi exercendum villanen admittantur, non obstantibus priuilegiis, Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, pīs locis quibuslibet, cuiuscumque gradus, status, & dignitatis personis concessis, aut confunditibus etiam immemorabilib.

3 Circa huiusmodi decretum dubium exoritum est, an regulares mendicantes impediti possint ab ordinario, in elemosynas pro suis conuentibus petari? Alicui videbitur id fieri posse, quia reuocatur in dicto decreto omnia priuilegia, tam monasteriorum, quam singularibus personis cuiuscumque conditionis existant, concessa. Ceterum omnino tenendum est, non posse ab ordinariis locorum talen petitionem impediti, sic optime probat Nauarr. lib. 3. de regularib. cap. 79. n. 4. Emanuel Rodriguez tom. 2. q. regul. q. 57. art. 7. Barbola 3. part. allegat. 109. num. 7. Ratio est manifesta, tunc quia à Sede Apostolica constituantur mendicantes. Ergo nequit ab ordinario illis prohiberi mendicatio. Tum quia non sibi, sed communiat elemosynas quæsum, cum propriis habere non possint. Ergo non sunt propriè quaestores prohibiti à Concilio; Tum denique, quia ita sacra Concilij Congregatio declarata, anno 1621. ut testatur Barbola in hac verba: Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interrum censuit fratres ordinum mendicantium nequaquam polle al Episcopis prohiberi quominus per se ipsos in dicescanis, vbi habent contentus, elemosynas quæsum: sed tantum si extra loca vbi monasteria existant, quæritur voluntet, tenet iurum superiorum licentiam ordinario ostendere. Ecce qua ratione folium possunt ordinarii examineat licentias horum fratrum, si extra loca, vbi sunt conuentus, quæritur elemosynas: quod si competit potest, licentiam à Iuis Prelatis habere, impedit non possunt.

4 Secundum dubium est, an possit elemosynas petere sibi pauperi, vel alteri pio loco necessitatem patienti absque vila Pontificis, & dicescani licentia.

Respondere posse, si nulla mercede accepta, neque indulgentia, publicatis peras. Tum quia à Concilio non prohibentur elemosynarum quaestores, qui absque vila fraude elemosynas colligunt, & indulgentias distribuunt. Sed ad lumen prohibentur, qui ex ipsi elemosynis alteri quaeritis sibi luctum querunt, & quaestum intendunt, vt bene sit Tufus tom. 6. verbo quaestores, concil. 46. Tum quia non vtcumquevidentur ijs quaestores prohibiti, sed illi tantum, qui prædictando, vel publicando indulgentias concessas eis, qui manus portixerint adiutorices, pīs locis, quorum ipsi sunt quaestores, & pro quibus elemosynas petunt. sic Nauarrus, dist. consilio. 79. de regulariter aliis 33. de penitent. & remissione, Emmanuel Rodriguez, tomus 2. quæst. 57. numero 5. qui inde colligunt. Nam decretum Tridentini expeditum fuit ad declarationem, & confirmationem, cap. cùm ex eo, & elem. absolucionib. de penitent. & remissionib. qui textus ponuntur sub titulo de penitent. & remiss. & in capitulo, qui tractant de indulgentiis, & de vila, vel abuio quaestorum in illis prædicandis. Item colligunt ex sine prædicti decreti Tridentini, quatenus prohibet in ultimis verbis publicari indulgentias, per quaestores, & permittit eatum publicationem per deputatos ab ordinariis cum consensu duorum ex Capitulo. Tum quia vila receptum est, plures

quare eleemosynas pro hospitali necessitatem patienti, pro pauperibus in carcere confititicii, pro virginibus, & viduis honestis, ac proinde pro quibuslibet egenis; qui quaestores non exterrantur, sed potius souentur, & laudantur à Prelatis Ecclesiæ, populique Christiano, ut ipse qui opus pietatis, & charitatis maximè consentaneum præstent. Signum ergo est hos quaestores non esse prohibitos, sed illos tantum, qui lucrum temporale intenderes, mercede accepta huic operi incumbunt, vel ut placet Nauarr. & Rodriguez, qui inluper indulgentias, & gratias prædicant concessas eis, qui manus adiutorias sibi porrexerit: quod non leviter indicat Concilium, cum in principio illius capitis dixit, multa in diuersis Conciliis, Lateranen. Lugdunen. & Vienni, aduersus praus elemosynarum quaestorum abusus remedie efficiat, adiutoria, facit infinitus nihil aliud intendi, quam praus viles, & coaueriudines quaestorum remouere, & cum subdit nonem quaestorum, & viles penitus abolendum, neque ad supradictum officium villanen admittendos, statim denotat quaestori officio abentes exterminari debere; non illos, qui pietate duci officium nulla mercede accepta, nulla indulgentia publicata, exercet: sic docent Tufchus, Nauarrus, Rodriguez, locis citatis, August. Barbola 3. p. de potestate Episcop. allegat. 109. n. 5. & cap. 7. in remiss. uia ad Concilium sess. 21. c. 9. Emanuel Saa verbo quaestuariv. in vtrage editione, inquit, Quærtuarie elemosynas nulli admittendi ex Concilio Tridentino, vbi tamen non prohibentur, qui sine indulgentiarum publicatione petunt pro se, au loco pio, quive colleas elemosynas in pios viles erogant.

5 Verum esti supradictum officium seruat supra dictis conditionibus absque dicescani licentia exercere potest. Nil homines dicescani poterit, & meriti tibi prohibite exercendum, quoque sibi competitum sit nullum periculum scandali in tali exercitio adesse, seruarique conditions omnes, sub quibus facultas postulandi soler concedi, ut statim dicant. Ratio est, quia ad locorum ordinarios spectat licentias, & facultates concedere elemosynas per loca quæritandi Franciscus Leo in thesau. for. Ecclesiast. p. 4. c. m. 146. Barbola allegat. 109. num. 8. Ergo etiam ad ipsos ordinarios spectat postulantes examinare, & prohibere qui sibi non satisficerint: alia non erit satis huic ministerio consultum, & res publica multitudine postulacionum graui poterit.

6 Tertiò dubitatur, an possit Episcopus licentiani concedere postulandi elemosynas pro aliquo pio opere?

Respondeo nequaquam posse, si postulans quecumque ex postulatione querit, aut indulgentias, & facultates postulando publicat, quia Concilium hunc quaestorum viles, & nomen penitus abolerit intendit, & cum alius concedit ex licentia ordinarii, possidentis publicari, ne populus Christianus hoc thesaurum defraudent, libiungit id fieri debere nulla mercede accepta, ut sic colecte thesauri non ad quæsum, sed ad pietate omnes intelligent exerceri. Vnde Pius V. omnes indulgentias à te, & prædecessoribus suis concessas, & in posterum cœcedendas quibuslibet perfolis, locis, pro quibus obstatibus manus sunt porrigitæ adiutorias, etiam si ipsa dicitur facultatem quæritandi habuerint, facilius & prudenter revocavit: rectaff Galer. in Margarita causam conscientia, verbo indulgentias primo Barbola allegat. 109. n. 12. Emmanuel Saa verbo quaestuariv. n. 2. in vtrage edit. Verum si postulans neque indulgentias publicat, neque quecumque quaestori ordinarius ei date licentias petendi, dummodo honesta, probataque vita sit, nec nomen, aut lignum, quaestoris geta, sed elemosynarum collectoris. Quapropter non debet priuilegium, aut reliquias circumferre, neque campanulam pulsare, aliav instrumenta, & insignia quaestorum gestare ad excitandas personas, nec minis, aut terroribus ad elemosynas mouere, neque elemosynam tanquam debitam, aut solitam petere, neque vili arte, aut prætextu dicendi orationes Beati Antonii, aut alterius sancti vel alteri pecuniam exorquere; sed simpliciter, modeste, & diligenter recipere quod sibi liberaliter fuerit oblatum. Neque debet super illis elemosynis vilium conuenientem quicunque modo facere, etiam in vtilitate supradicti loci pī: sic decimus referit à sacra Congregatione Zerola 1. p. praet. episcop. verbo quaestores. Barbola allegat. 109. n. 11. & in remiss. Concil. sess. 21.

7 Ut autem omnes abusus horum quaestorum penitus aboleantur prudenter in Lusitania regno l. tit. 103. & in legione Cafllo l. 1. tit. 9. l. 1. & leg. 37. tit. 6. noue compilat. statutum est, ne pectoria cuiusvis sancti permittantur a magistris regis, illi regie literæ ostendantur, quibus expresse nominetur persona, qua elemosynam quaestura est; neque per se, neque per alios concioneret, aut indulgentias publicet. Quid si alies sit, omnes elemosynas ab eo quaestori redemptoris captiuorum applicentur: sic alies relatis docet Barbola dicta alleg. 109. n. 13. & in remiss. Con. sess. 5. cap. 2. de reformat.

8 Quartò dubitatur, an Episcopus animaduertere possit in praus elemosynarum quaestores, etiam si laici sint, aut exempti?

Respondere esse omnino certum animaduertere posse, non obstante quilibet priuilegio, vel excepione: si definitur in Clement. absolu. de penitent. & remiss. ibi. Quæstores autem, qui deinceps in præmissis, vel aliquo præmissorum deliquerint, vel alias etiam quibuscumque suis priuilegiis abusus fuerint, sic per

locorum Episcopo puniri volumus / nullo prorsus eisdem quæstoriis in hac parte priuilegio suffragante ; (quod à suis te-  
merariis auctibus qui vbique , vt communis habet assertio , nimis  
excusurum , pœna formidine propensius compescantur , & no-  
tat Abbas ipsa fede Apostolica cap. tuarum n.1. de priuilegiis .

## DISPUTATIO III.

De alio externo charitatis effectu , qui  
est correctio.

**E**x supradictæ disputationis principio satis constat ,  
opera misericordie spiritualiis numerati septem : sci-  
tice , remittere iniuriam inimici , illam patienter fer-  
re , orare pro ipso , & pro aliis fratribus , misericordem con-  
solari , delinquentem punire , consolere , & corrigerre .  
De temeritate iniuriae satis diximus , cum de dilectione inimico-  
rum habemus sermonem , de oratione tract. 7. de religione agen-  
dam est . De consolatione miseri nihil specialiter occurrit proper ger-  
nentia doctrinam sapientia de elemosyna corporali , etc.  
Inquam solarij umadibendum misero , si illo grauitate indigeat , &  
fus graui tua tactura comedere possit . Punit autem delinquen-  
tem punit ad officium iudicis , quam priuati pertinet ; si tamen  
hac punio decretativa sit , sub correctione fraterna comprehen-  
ditur , scit & solarij .

P N C T V M . V.

Quid sit correctio , & an sit in precepto , & cuius  
virtutis actus .

1 Correcio est sermo , quo proximum niteris emendare .

2 Alia est correctio fraterna , alia iuridica .

3 Preceptum est correctione fraterne .

4 Satis quibusdam taciti obiectonibus .

5 Secunda sunt aliquor conditions , ut obligat hoc preceptum .

6 Oritur ex virtute charitatis hoc preceptum .

7 Impleri potest per actum elicitorum à charitate , vel à virtute  
misericordie .

8 Satisficer hunc precepto potest , etiam si ex prauo motu correctio-  
nem facias .

**N**ominis correctionis in prætesti venit intelligendus qui-  
cunque sermo , quo proximum niteris emendare , sive  
emendandi sequatur , sive nonita cum D. Thom. 2.2. quæst. 33.  
art. 1. & communi Theologorum , docet Greg. de Valent. disp. 3.  
quæst. 1. p. 1.

Duplex est correctio . Alia est correctio fraterna , alia iuri-  
dica , correctio fraterna est , qui primò , & per se intendit bonum  
proximi ; correctio verò iuridica , qui pèr se spectat bonum  
aliorum , qui per peccatum vnius scandalizantur , & bonum com-  
mune , quod turbari cuiusque peccato solet , ideoque hac cor-  
rectio ad iustitiam vindicativam spectat . Correctio fraterna exerci-  
tari potest à parte in patrem , & ab inferiori in superiorem , & à  
superiori in inferiorem , quia ad illius exercitium nulla requiritur  
iuridictio . At iudicialis correctio non potest esse ab alio , quām  
à superiori porrectam iuridictionis habente , in præfenti igitur  
facto est principiū de correctione fraterna , non de iuridica .  
Agendumque est , & quando obligari & quomodo .

3 Illi preceptum correctionis fraternæ nemini Catholico-  
rum potest esse dubium ; vi latè probat Valen. disp. 3. q. 10. p. 2.  
Torrez disp. 86. sub 1. Suarez tom. 4. de relig. lib. 10. cap. 7. num. 10.  
& constat ex illis verbis lapsum repetitis Ecclesiast. 19. Corripe am-  
icam corripe proximum , & traditur exp̄les ad Anaclero Papa . in  
cap. san. Sacerdotes. 24. q. 3. Fundamentumque habet in illo chari-  
tas precepto . Diliges proximum tuum sicut te ipsum . Cum enim si  
recte diligis , velle debes peccatum non committere , illudque  
procure , ne animam occidas ; idem debes velle , & procurare  
tuo proximo . Item ex charitatis , seu misericordie precepto te-  
nens proximi misericordiam subleuat , si commode pores : sed nulla  
minor misericordia esse potest , quām peccatum , & regulariter ad il-  
lud auerendum est medium vincere correctio . Ergo tenetis il-  
lam adhuc . Item ex amore in Deum tenetis eius iutias , & of-  
fendas impide , si cominodis possis .

4 Neque obstat ruinam spiritualem esse proximo voluntaria-  
m , ut ab obligacione illam præcaendi excusat ; quia licet  
si voluntaria , ab illa voluntate debes illum removere , si com-  
mode pores : ille enim est posse à peccato desistere , ac difficulte-  
ter potest ob peccati illecebras , vel ob determinationem sua præ-  
ua voluntatis : hanc autem difficultatem obligaris iuare vin-  
cendam , ut bene dixit Valen. disp. 3. q. 10. p. 2. pag. 663. 5. Respondio .

Neque etiam obstat habenti bona propria te non tenetis ex pro-  
priis elemosynam facere , quia non censetur esse in necessitate  
tuorum bonorum constitutus , teneris , inquam , ei propria bona  
ministrare , qui illis indiget , non tuis . At constitutus in periculo  
peccandi , & in peccatum vel ex passione vel ex malitia propen-  
sus , tuis monitis indiger , ut corrigitur . Teneris ergo illum corri-  
gere . Ita Lores 2.2. quæst. 33. disp. 4. L. 1. 17. fine .

5 Hoc autem preceptum ( ut de te constat ) affirmatum est ,  
ac proinde obliga solum , cum aliqua circumstantia , & condicio-  
nes interuenient . Tres sunt poissimum . Prima , ut proximus sit in  
gravi necessitate spirituali constitutus . Secunda , ut possis abque  
gravi tuo , tuorumque incommodo ei subvenire . Tertia , ut fructus  
ex tali correctione spercur . De quibus conditionibus in discursu  
disputationis est agendum .

6 Sed inquires , ex qua virtute oriatur hoc preceptum ? Aliqui  
dicunt origini ex illa virtute , aduersus quam proximus peccat ; quia  
quilibet virtus nos inclinat non solum in nobis cius honestatem  
conferare & contraria fugere , sed etiam in aliis .

Cateretur omnino tenendum est cum D. Thom. serm ab omni-  
bus recepto , 2.2. quæst. 32. art. 1. ex charitate Dei , & proximi hoc  
preceptum correctionis oriuntur ; quia haec virtus obligat quolibet  
malum Dei , & proximi auertere , quoad fieri possit . Sed peccatum  
est virtus malum , ergo obligat illud auertere . Auerti autem de-  
bet correctione . Ergo obligat ad correctionem exercendam . Ne-  
que obstat quilibet virtutem nos inclinare , ut eius honestatem  
tam in nobis , quam in aliis procuremus conferare . Quia esto ad  
id inclinat , non tamen obligat , alias contra honestatem peccares ,  
quoties luxuriantem non impedites , & contra iustitiam , quoties  
furantem non corrigit . Quod non est dicendum ; quia neque  
omissione correctionis luxuriosi es intemperans , neque iniustus  
ex omissione correctionis iniustus ut bene norauris . Agid . de Co-  
nnich . 2.2. disp. 28. dub. 2. a. 11. 12 .

7 Cum verò huiusmodi preceptum impletur , impleri potest  
per actum elicitorum à charitate , & per actum misericordie , que  
reputat virtus distincta . Si ex amore Dei , & desiderio , quo velis  
Deum non offendis , corripas proximum , actum charitatis elicias .  
Si verò ex voluntate subleuandi illum à miseria procedis , actum  
misericordie facis : & ita explicantur est D. Thom . cùm dicir effe  
actum charitatis , ut bene notauit Valentin . disp. 3. quæst. 10. art. 1.  
pag. 651 .

8 Vnum tamen est omnino certum , & indubitatum , ad satis-  
factionem huius precepti non requiri necessariò correctionem  
fieri ex hoc , vel illo motu charitatis , vel misericordia . Nam  
etiam ex malo motu procedas , satisfacere potes precepto  
correctionis , sicuti satisfaceres precepto ieiunij , vel Misericordie  
audienda , vel elemosynam eroganda , etiam si ex prauo fine ieiunates .  
Misericordiam audites , vel elemosynam tribueres . Et ratio omnium  
est , quia haec precepta non sunt de actibus virtutis residibus  
in voluntate , sed de actibus externis misericordie , temperantie ,  
vel religiosis , qui integrè esse possunt , etiam si à voluntate deprav-  
entur , ut latius in materia de legibus ; & docet in præsenti Ban-  
nes 2.2. quæst. 33. art. 2. Ludouicus Torres ibi disputat . 86. dub. 1.  
pag. 1078 .

P N C T V M . II.

Quem proximum ex supradicto precepto oblige-  
ris corripere .

1 Exponitur statutus questionis .

2 Circa proximum , qui peccatum non commisit , tamen in occasio-  
ne commitendi illud veretur , non est propriè correctio .

3 Secus si peccatum commisit , & in periculo est illud iterum com-  
mittendi .

4 Si proximus publicè peccat , & à republica permititur , corri-  
piendus est , si spes sit emenda .

5 Peccatum in peccato habituali existentem , absque periculo  
committendi peccatum aliquod attulit , aliqui affirmant effe  
obligationem correctionis .

6 Contrarium , ut peccatum defenditur .

7 Satis fundam. n. 5. adducto .

1 Duplicem statutum proximum habere potest . Primo potest ei  
scilicet in peccato . Secundò in illius occasione . In peccato esse  
potest habitualiter tantum , absque periculo iterum illud com-  
mittendi , vel cum tali periculo .

2 Si proximus peccatum nullum commisit : a) in periculo , &  
occasione illud commitendi veratur . Propriè preceptum corre-  
ctionis , quatenus correcio est , non te obligat ; quia dignus non  
est correctione , seu reprehensione , qui non deliquit : cæque de  
causa Christus Dominus non dixit , si peccatus est frater tuus  
corripe illum , sed si peccaveris in te , tacite inultus correctionem  
lapsum supponere . At esto hoc preceptum non te obliget proximū  
corripere , obligari tamen ex charitate Dei , & proximū  
eius peccatum quod iteri potest , impedit ; qui tunc non vi  
correctionis , sed vi defensionis honoris divini , & boni proximi  
obligari est .